


Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

1,-66

DET KONGELIGE BIBLIOTEK
DA 1.-2.S 1 8°

1 1 01 0 8 01809 X

+ REX

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Lympha Supercœleſtis
ſive
BREVIS COMMENTATIO ORACULI MOSAICI

Genes. Cap. I. verſ. 6, 7, 8.
ex quo
Stellatum ſupra cœlum veras dari aquas
contendit evicitque

M. Joh. Jacob Langiahrius,
Durlacens.

Impenſis Joh. Juſti Erytrophili, Bibliopolæ Hafnienſis. 1698.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Illuſtriſſimo atq; Excellentiſſimo

DOMINO

Dn. CHRISTIANO

SIGFRIDO de PLESSEN

Hæreditario in Hockendorff &

Parin. &c.

Ordinis Elephantini

Eqviti Aurato,

Sacr. Reg. Majeſt. Daniæ

& Norveg. Conſiliario Intimo

ac Miniſtro Status,

Regni Danici Ocello, ſeculiq;

noſtri Ornamento,

Leve hoc de Lympha ſupercœleſti

Scriptum

cum voto omnigenæ & perpetuæ felicitatis ſubmiſſe oblatum dicatumq;

voluit,

humillimus cliens

M. Joh. Jacob. Langiahrius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Clariſſimo Domino

M. LANGIAHRIO.

S. P. D.

H. G. Maſius. D.

REmitto ſcriptum quod de *Aquis ſupra cæleſtibus* tanta curâ atque induſtria conſignaſti, ut non tantum multifariam lectionem, ſed & plurimum judicii in comparandis aliorum ſententiis ubique palam oſtendas.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Neque enim illorum veſtigiis inſiſtere placuit qui in materia ſæpe gravisſima nil niſi *Excerpta* cumulant, & in id unice intenti eſſe videntur, ut ſeſe aliquid legiſſe potius, quam lecta percepiſſe, & ſano maturoque judicio penſitaſſe publice prodant. Unde illud effici ſoleat, ut plerumque aliquod Bachi κέρνος efforment, in quo *piper*, *allium aliaque herbæ ſine diſcrimine* olim congerebantur. Tu vero accuratius, Vir clarisſime, & hæc & alia indagare

gare conſueviſti, ne alieni ſcrinii compilator audires, ſed promus condus eorum, quæ propriis obſervationibus tua feciſti. Non eſt Tibi igitur, cur vel Cenſuram aliorum vel lucem publicam fugias, qui ita in hac materia verſatus es, ut neque vim textui ſacro inferres, neque proprietatem literæ deſereres, neque â regulis hermeneuticis vel latum unguem abires. Accedit ad Commendationem opuſculi genus dicendi terſum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

atque perſpicuum, quod me quidem judice, omnes cothurnos ſuperat. His vero ſtudiis Philologicis cum Theologiæ Polemicæ ſcrutinium adjungas, non neglectis iis doctrinæ ſubſidiis, quæ oratorem eccleſiaſticum ornare ſolent, nullum mihi dubium eſt, quin propediem Tibi ſpartam conferat divina providentia, ut conceſſas Tibi dotes & collectum theſaurum eruditionis ſolidæ in aliorum uſum convertere poſſis. Neq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ut opinor, ſi res ita ferat, votis Tuis deerit *Rex noſter clementisſimus*, coram quo plus vice ſimplici ſacra pulpita ita animaſti, ut ſacram regiam Majeſtatem non pœniteret, publice dicentem audiviſſe. Ego vero *Vir clarisſime* nullam occaſionem intermittam, qua Tibi ſtudia atque obſequia mea probare poſſe videar. Debeo illud & meritis Tuis & commendationi celeberrimi noſtri *Fechtii* Theologi conſummatisſimi, cujus viri quanti ſit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

apud me autoritas ipſe non ignoras. Servet illum Deus Eccleſiæ bono, ut plures Tibi ſimiles ad divina & humana obſequia efformet. Vale.

Hafniæ d. 28. Februar.
Anni 1697.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Clariſſimo Domino
AUCTORI,
Civi & Amico ſuo chariſſimo,
S. P. P.

Accepi â Filio meo, è Dania veſtra reduce Lympham Tuam Aquarum ſupra cœleſtium veritatem ita dilucidè comprobantem, ut vix amplius dubium ſupereſſe poſſit iis, qui ex S. literarum fundamentis rem recto judicio arbitrantur. Diligentiam Tuam judiciumque qui laudem, cum omne punctum tuleris â ſummi Nominis Theologo, D. MASIO, egoque ſi iis aliquid adjicerem, futurum eſſet, ut tribuere quidpiam affe-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

affectui in civem viderer: cujus vero ſtudia approbari â tanto extra patriam noſtram viro, in meæmet felicitatis gloriæque parte pono. Id tantum dico, vel eo nomine inſtitutum mihi Tuum eximie placere, quod in argumento, non uno omnium judicio tractato ſententiam defendas, communi Theologorum ſuffragio conformem. Hodie enim ea ſeculi indoles eſt, ut niſi quis â regia via recedat, nec niſi inſolentes opiniones omni ſtudio ſectetur, parum aut ſapere aut eruditionis habere exiſtimetur. Quin ſunt, qui gloriæ ſibi ducunt profiteri, quo magis ſit recepta quæque ſententia, eo ſuſpectam de veritate magis videri debere. Quo in tantam delabimur licentiam, ut jam in ipſis Academiis, quod inauditum hactenus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nus fuerat, non ſcientiarum tantum omnium ſed ipſius religionis termini moveantur, brevique nihil certi, nihil ſolidi in ullo doctrinæ genere habituri ſimus. Nam & opinionum novitas & ſentiendi quod cuique videtur, libertas, & eorum, qui priſcæ ſinceritati adhærent, contemtus tam tenaciter juveniles occupant animos, ut vel in his ſolis arcem ſe poſſidere ſapientiæ ſint perſuaſi. Nec contagium hoc occulte amplius, ſed palam ſerpit & exitium non ſeverioribus tantum diſciplinis, ſed ipſi Chriſtianismo niſi profanæ impietatis conſilia diſturbet Deus, brevi allaturum eſſe videtur. Tu itaq; LANGIAHRI, dum hos ſcopulos devitas, & conſenſum Tuum cum puriore Theologia ſubinde teſtari penſi habes, amorem omnium qui de

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

de temporum noſtrorum ſalute ſolliciti ſunt, mereris. Ego præterea Deum precabor, ut Te eccleſiæ ſuæ in patria noſtra redonata nobis brevi pace, quaſi è cineribus ſuis reſurrecturæ & organum faciat & ornamentum ſalutare. Vale.

Scr. Roſtochii d. 25.
Aug. 1695. T.

Joh. Fecht. D. P. P. Conſiſt.
Eccl. Adſeſſ. & Diſtr. Roſt.
Superint. h. t. Ac. Rector.

POnis aquas doctis longos ſitientibus annos
Mi Langiahr, doctum tollis & hiſce ſitim.

Sic eruditisſimo Auctori applaudebat

M. Henricus Spätich.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

B. C. D.

CAPUT. I.

Partitionem ſcripti, duo præcognita, ſtatuum nempe controverſiæ, & varietatem ſententiarum complectens.

DE *Aquis ſupercœleſtibus* quædam chartis, quod bene vertat, illiturus, omnia, quæ ut eo neceſſaria viſa ſunt afferri debere, tribus complectar ſummis ſive præcipuis negotiis, quorum *unum* exiſtunt Præcognita, quæque inſtar præparationis ad cœtera ſunt: *ſecundum* affirmantis & veræ ſententiæ confirmatio, *tertium*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

tertium autem falſæ & negantis ſententiæ deſtructio.

Ad Præcognita quod attinet, eorum *primum* eſt *ſtatus quæſtionis ſeu controverſiæ cardo*, de quo ſic habeto. Quando quæritur, an ſupercœleſtes dentur aquæ, hic non is problematis ſenſus eſt: an ulla res, quæ ſupra ſidereum reperitur cœlum, quæque veri nominis non aqua eſt, appellari tamen aqua poſſit. Id quod nonnulli affirmant, quæſtioni autem non ſatisfaciunt. Siquidem hoc etiam is confirmare poteſt, qui nullam ibi veram adeſſe credit aquam, Nec quæſtio eſt ſupra aliquam cœli vel aëris tantum partem, an germana & naturalis reperiatur aqua? Quippe hoc pari modo alienum, â plerisque hic controverſantibus facile conceditur. Verus autem diſſenſionis is eſt cardo: an ſupra extimam cœli partem & adeo aſtrigerum locum vera proprieque ſic dicta inveniatur aqua.

Alterum Præcognitum diverſitas ſententiarum eſt, dum alii quæſtionem negant,

gant, alii affirmant, alii denique in medio relinquant. Poſtremos hoſce cum mihi nec obſint nec proſint, miſſos facio, è reliquis autem nonnullos enumerare conſtitui.

Ad negantium igitur numerum refero, quotquot hoc liquidum aquamve de eo interpretantur, quod proprie loquendo aquæ nomen haud capit, itemque eos, qui de nubium aut aliis infra ſtellas ſitis explicant aquis; & denique qui diſertis verbis lympham veram ſupra ætheris regionem dari duntaxat negant, neutiquam autem definiunt, quid de his ſupercœleſtibus aquis ſentiant. Omnes itaque hi aquas ſuper æthereas minime dari contendunt, etiamſi alio atque alio modo. Quorum ex numero, neglecto claſſium diſcrimine quosdam nunc recenſebo.

Qui itaque haſce aquas inficiati ſunt, primas tenent *Reformati* plerique omnes, in iisque nominatim Calvinus, David Paræus, Petrus Martyr, Franciscus Junius, Willetus Druſius, ſinguli in

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Commentariis Geneſeos aut Pentateuchi, Sixtinus ab Amama in Antibarbaro, Johann. de Mey in Scripturæ commentariis phyſicis, Hieron. Zanchius de operibus hexaëmerii, Lambertus Danæus in Phyſica Chriſtiana, Gisbertus Voëtius in Diſputatione de creatione. Hammondus opere in Pſalmos Coccejus Commentario in Jobum ad cap. 26. v. 9. & in ſumma Theologiæ, Chriſtianus Schotanus in bibliotheca hiſtorica, ubi de principio rerum, & innumeri alii.

Deinde huc pertinent ex *Pontificiis* idem ſentientes in Commentariis Geneſeos, Pentateuchi aut totius Scripturæ ſacræ, Vatablus, aut alius ſub ejus nomine Mercerus, Pererius, in commentariis pſalmorum Lorinus: in Commentariis Jobi Bolducus ad cap. 37. in Commentariis Ezechielis Pradus ad capitis 1. verſ. 22. Item Eugubinus in Cosmopœia, Pagninus in Lexico ad vocem עלה, Suaretius libro 2. de opere creationis? Gregorius de Valentia, Commentariorum Theologicorum Tomo 1. Eſtius in 1. ſen-

ten-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

tentiarum diſtinctione 14. Arriaga & Bannes in I. partem Thomæ; Petavius Tomo tertio dogmatum Theologicorum,, Torniellus, Tomo I. Annalium ad mundi diem ſecundum; Cauſinus de domo Dei, Lancelottus de Deo opifice & alii.

Tertio eandem negantem ſententiam ſequuntur ex *Remonſtrantibus* aut *Neutraliſtis* Simon Epiſcopius libro quarto Inſtitutionum & Grotius notis in ſacram ſcripturam.

Quarto ex *Judæis* ſive *Hebræis* poſterioribus eidem ordini ſe aſſociant Levi Gerſomides, Samuel Zazſa & Abarbenel, commentariis in Pentateuchum, quam ad Pſalmi XIX. v. 1. quibus addo Kimchium ſive Camium & Obadiam Sephornum Commentariis in Pſalmos ad hymn. 104. verſ. 3. & 148. verſ. 4. nec non Tybbonem in phyſica hebraica atque Maimonidem in Doctore perplexorum partis 2. cap. 30.

Quin ex *Doctoribus Lutheranis* ſive noſtratibus invariatam Auguſtanam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Confeſſionem ſequentibus, eidem infi-
cianti parti accedunt Lucas Loſſius &
Eobanus Heſſus in Pſalmos ad hymnum
148. ille in Commentario, hic in para-
phraſi poëtica, Georgius Calixtus Anno-
tationibus in priora Geneſeos capita.
Valentinus Schindlerus in Lexico pen-
taglotto ad vocem רקיע, Quiſtorpius
annotationibus in Scripturam; Flacius
Illyricus parte I. clavis S. Scripturæ ad
vocem Aqua: Theodorus Hachſpanus
diſputatione 2. circulari, Joachimus Hil-
debrandus in Inſtitutionibus ſacris: Jo-
hannes Fabricius in prælectionibus Theo-
logicis, loco de creatione. Joh. Muſæus
in explicatione 93. quæſtionum. B. Gui-
lielmus Bayerus in Theologiæ poſitivæ
compendio, Henricus Kippingius, in
ſcripto de creatione, Georg. Chriſtoph.
Dibuadius in quæſtionibus ſuper Genes.
cap. 1. & denique Conradus Aslacus
qui in Phyſica Chriſtiana & libris de cœ-
lo triplici omnium copioſiſſime mate-
riam hanc perſecutus eſt: unde etiam
Merſennus ad ſuam in hoc negotio or-
nan-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nandam cauſam integras ad verbum exſcripſit paginas, ipſomet unde hoc fecerit ne nominato quidem, niſi alia ſede, & ubi quæ ipſum falſo putat docuiſſe, refert.

Denique ex *Patribus* aut aliis vetuſtioribus Chriſtianis & ante Lutheri tempora viventibus prædictarum rationum aliquâ, aquas ſupercœleſtes veras negant, Origenes teſte Epiphanio in epiſtola ad Johannem Hieroſolymitanum: Gregorius Nyſſenus in Hexaëmero: Anonymus quidam apud Auguſtinum de Geneſi ad literam libro 2. cap. 4. Philioponus de creatione mundi libro 4. cap. 7. Bridefertus Rameſienſis ad Bedam de natura rerum cap. 7. auctor Annotationum in Pſalmos, quæ vulgo tribuuntur Hieronymo, ad hymni 104. v. 3. Honorius ille, qui ſcripti de philoſophia mundi auctor eſt, ejusdem operis cap. 2. Theophanes Cerameus homilia 40. Guilielmus Pariſienſis de univerſo, partis 1 cap. 42. & 43. Alphonſus Toſtatus in Geneſ. cap. 1. quæ-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ſtione 7. Thomas Aquinas in libros ſententiarum lib. 2. diſtinctione 14. & peculiari Commentario in librum 2. ſententiarum eadem ſede.

Quod autem è contrario ad affirmantes attinet, ſunt *illi noſtræ Auguſtanæ Confesſionis invariatæ Doctores plerique omnes*: quorum ſententiam Meisnerus Philoſophiæ ſobriæ parte 1. Sectione. 3. Waltherus in Spongia Moſaica & Dn. D. Auguſt. Pfeifferus in Dubiis vexatis eodem modo interpretantur. Scripto quoque paſſim affirmativam ſibi placere Noſtrates teſtati ſunt: quod fecere in commentariis ſive Geneſeos ſive Pentateuchi, ſive Pſalmorum ſive univerſæ aut pleræque ſcripturæ ſacræ Lutherus, Brentius, Lucas Oſiander, Salomon Geſnerus, David Rungius, Polycarpus Lyſerus, Johann. Gerhardus, Auguſtus Varenius aliique permulti. Idem quoque facere in locis Theologicis Hutterus Brochmannus, Johannes Quenſtedius, & prædictus Gerhardus qui & in XI. Diſputatione Iſagogica rem perſequi-

quitur. Accedit quoque eodem Helvicus in vindicatione locorum, citatus Meiſnerus in Philoſophia Sobria, Dn. D. Pfeifferus in dubiis vexatis, nec non Walterus in ſpongia Moſaica.

Deinde *Pontificii* quoque non pauci eandem approbavere, nempe in Commentariis Genes. Pentateuchi, Pſalmorum aut totius Scripturæ, ut Bonfrerius, Cornelius â Lapide, Jacobus Tirinus, Stephanus Menochius, Gordonius, Malvenda, Bellarminus, Clithoveus Commentario in Damaſcenum de orthodoxa fide, ad lib. 2, cap. 6. Athanaſius Kircherus in itinere ecſtatico, Euſebius Nirembergius in hiſtoria Naturali, Paulus Scherlogus in Dioptra Hebraicarum antiquitatum. Georgius Ambianas in Tertullianum adverſus Hermogenem cap. 28. Joh. Morinus in Aſtrologiæ Gallicæ lib. 2. Becanus in Theolog. Scholaſticæ Tractatu quarto, Hurtadus Mendoza de operibus ſex dierum: & maxime Salianus Tomo I. Annalium ad mundi diem ſecundum; nec non Schei-

 nerus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nerus Roſæ Urſinæ libro quarto, qui multos qnoque alios idem ſentientes allegant.

Tertio inter *Reformatos* eandem defendunt Wolfgangus Muſculus Commentariis in Geneſin & Pſalmos: Sohnius operum Tomo I. Andreas Hyperius in methodo Theologiæ, lib. 2. Johann. Gregorius annotationibus in aliquot ſcripturæ loca: Joh. Comenius in phyſica reformata & Nicolaus ab Amama in Diſſertationibus Marinis.

Quarto *ex Arminianis* idem facit Gerhardus Voſſius, in Theologia Gentili, lib. 2. & ex *Neutraliſtis* Bodinus in theatro naturæ.

Quinto ex *Hebræis* Saadias, teſte Abarbenele Commentario in Pentateuchum fol. XI. columna ultima. Item Elieſer in Pirke cap. 4. atque nonnulli in Bereſchit Rabba, ſectione 4. aliique etiam vetuſtiores, ſuper quibus latius infra in alia ſede.

Denique ex P*atribus*, aut antiquioribus eccleſiæ Chriſtianæ Doctoribus

ple-

plerique eidem affirmanti adſtipulantur ſententiæ. In quibus autor Reſponſionis ad orthodoxos quæſtione 93. Ambroſius lib. 2. hexaëmeri cap. 3. Procopius in Octateuchum ad Geneſeos primum: Baſilius Seleucienſis oratione 1. Athanaſius oratione 3. contra Arrianos: Hilarius in Pſalm. 135. Cyrillus Hieroſolymitanus, catecheſi 9. Euthimius & Proſper in Pſalm. 104. Apollinarius in catena Græcorum Patrum ſuper Jobo ad cap. 26. Remigius in Pſal. 148. Theodoretus quæſtione XI. in Geneſin, Chryſoſtomus homilia 4. in Geneſin & homilia in Pſalmum 148. Rabanus Maurus cap. 3. Enarrationum in Geneſin, Eucherius Commentario in Geneſin: Hugo de S. Victore Excerptorum lib. 2. cap. 1. & dialogo de Legis ſacramentis, nec non Annotationum in Geneſin cap. 61. Iſidorus Hiſpalenſis de natura rerum cap. 14. Beda in Geneſin & libro de ſex dierum creatione, nec non de natura rerum cap. 7. & 8. Honorius in imagine mundi lib. 1. cap. 25. Lombardus ſententiarum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

libro 2. diſtinctione 14. & alii plures, quorum verba Salianus in Annalibus & in Roſa Urſina Scheinerus late allegant.

CAPUT. II.

Præcognitum tertium ſive *Lemmata* quædam generalia præſenti negotio applicata.

TErtium Præcognitum ſit generalium quorundam Lemmatum, confeſſæque veritatis præſentem ad controverſiam applicatio, quorum primum hoc eſt:

In probationibus ſive cum aliquod dogma per argumenta firmandum eſt, ad rationum argumentorumque non tam numerum quam pondus reſpiciendum eſſe.

Hic enim locum habet, quod Cicero 2. Officior, in non diſſimili cauſa ait. Non numero hæc judicantur ſed pondere, quippe nulla doctrina, quod perſuadeatur argumentis multis, vera eſt, aut quod perſuadeatur paucis falſa eſt. Et tutius ſententia admittitur, pro qua una vera & ſoli-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ſolida militat ratio, quam pro qua ſexcentæ falſæ leves & inanes. Fieri namque poteſt ut altera ſit velut parum auri aut frumenti boni: altera vero ut inanis ſcoriæ aut paleæ multitudo ingens: ut altera quod & Tullius ad Atticum libro 8. epiſtola 2. recte monet, verboſior tantum ſit, altera autem verior & firmior. Itaque & Maimonides in Doctore perplexorum partis 2. cap. 23. Quænam, inquit, ſententia minus ſit dubia, non ex multitudine dubiorum æſtimandum eſt, ſed ex magnitudine abſurditatis in illis. Fieri namque inquit, ut unum dubium majus ſit quam mille alia.

Uſus hujus Lemmatis hocce in negotio hoc eſt:

ut vera agnoſcatur affirmans ſententia, dummodo ſolidis ptobetur rationibus: neque in ejus fraudem aut præjudicium cedat, quod illæ duntaxat paucæ ſint, & contra objectiones adverſus illam plures: dummodo eæ rationes paucæ quibus probatur firmæ reperiantur ac validæ: objectiones autem etiamſi numeroſiores infirmæ contra & invalidæ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Secundum Lemma eſt:

Recte illud probatum confirmatumque eſſe, quod ex ſola divina revelatione & Scriptura ſacra probatum eſt: neque neceſſario requiri, ut ſimul ex ratione & ſenſibus probetur.

Nam dato teſtimonio divino res certa eſt, & cum certa eſt, ulteriori probatione non opus eſt. Agnovit quoque illud ex Judæis Maimonides in epiſtola de Aſtrologia, quæ cum translatione Latina Eliæ Levitæ prodiit, concedens non ea tantum credenda eſſe, quæ ratione cognoſcuntur, aut uno quinque ſenſuum, ſed etiam quæ â prophetis & juſtis ſunt tradita. Quod vere huc convenit Nam quæ verbum Dei dicit, ea revera ſunt â prophetis & juſtis tradita.

Uſus hujus Lemmatis hic eſt:

ut agnoſcamus, non opus eſſe aquas ſupercœleſtes, ex ratione aut ſenſibus probare, ſed ſufficere, ſi ex ſola ſcriptura ſacra probari poſſint. Idque admittit quoque cœtera diſſentiens Pareus, Commentario in Genes. dicens, vel ſenſu vel ratione vel

vel verbo Dei probandum eſſe, quod hæ dentur aquæ.

Tertium Lemma eſt:

Cum verbum Dei quid dicit teſtatur, nihil curandum eſt, eidem aut ſenſus aut rationis principia obſtrepere, ex illisque aliud videri, resque nihilominus credenda eſt.

Rationes hujus Lemmatis hæ ſunt. *Prima.* Senſus & rationis principia fallere poſſunt, Dei autem verbum & teſtimonium fallere non poteſt. Illud ſic probatur. Deus eſt verax, inquit ad Roman. cap 3. Paulus, omnis autem homo mendax ſive fallax. Si autem homo Deo oppoſitus mendax eſt & fallax, utique & quicquid eſt in homine Deo oppoſitum mendax eſt & fallax. *Deinde* cum Meſſias Eſaiæ cap. XI. verſ. 3. recte oſtenditur fore judicaturus, judicium laturus affirmatur non ſecundum illud, quod oculi vident aut aures audiunt ſed in veritate. Quod non diceretur, ſi oculorum aurium, aliorumque ſenſuum judicium usq; tutum eſſet, & nunquam fallere poſſet. *Tertio* experimentis quoque compertum

eſt,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

eſt, viſa eſſe rationi & ſenſibus tanquam vera, quæ re ipſa tamen fuerunt falſa. Nam ſenſibus veri apparebant ſerpentes, quos Ægyptiaci repræſentabant Magi, etiamſi revera viſus tantum fuerint ludibrium ſive præſtigiæ quædam. *Quarto.* omnis noſtra in hac vita ratiocinatio de divinis operibus velut puerorum eſt: ut ideo Paulus quoque 1. Cor. XIII. verſ. 11. omne mortalis vitæ ſapere comparet cum puerili: & cordatiores quoque inter gentiles reperti fuerint, qui idipſum agnoverint. Unus enim in illis qui ad altisſimum profanæ ſapientiæ pervenerat culmen Seneca in epiſtola 4. pro toto grege locutus, tum pueritiam in nobis adhuc remanere dicit, tum quod gravius eſt puerilitatem: & quod pejus eſt, auctoritatem nos habere ſenum, vitia purorum, atque epiſtola 24. quod videmus accidere pueris, id nobis quoque majusculis evenire puris. Pueros autem ſæpe judicio labi poſſe conſtat. *Quinto* noſtrum extra verbi divini teſtimonia, ſapere, Dei de operibus cum fatuorum judicio ſapientiaque ſacra confert Scriptura, veluti cum Prov. 1. 4. & cap. 8. verſ. 5. Dei ſpiritus fatuos ad ſe audiendum invitat; & cum

Pſal-

Pſalmographus hymno 19. verſ. 8. Dei teſtimonia fatuis dicit ſapientiam conciliare. Fatuos autem falli judicando poſſe liquet. *Denique* opera Dei rationi & ſenſibus humanis extra revelationem divinam ut plurimum ignota ſunt. Itaque Johann. cap. I. verſ. 5. ratio & ſenſus vocantur tenebræ, qui lumen divinum in ſe reſplendens neutiquam capiunt. & 1. Cor. 2. homo naturalis affirmatur non percipere ea, quæ ſunt Spiritus Dei ſtultaque illi hæc apparere, tum & Roman 8. φρόνημα σαρκὸς carnis ſive naturalis hominis ſapere & percipere inimicum eſſe Deo legique Dei minime ſubjici. Eſaias quoque diſerte capite 55. ut aſtrorum ſedes diſtat â terra, ita Dei vias diſtare â noſtris, cogitata Dei â cogitatis noſtris, & Salomon Eccleſ. XI. 5. nos Dei opera haud intelligere poſſe: nec non Paulus ad Roman. XI. imperveſtigabiles eſſe Dei vias, & â nobis ejus non poſſe noſci ſenſum, atque ad Epheſ. cap. 3. Deum ὑπερ ἐκπερισσῶς ſuperabundanter poſſe facere ſuper omnia quæ intelligimus. In ignotis autem nihil facilius eſt quam falli, caſſumque & inane pro ſolido vanum eſt falſum pro vero colligere atque

ſtatue-

ſtatuere. Quæ cum ita ſint, ſatis manifeſtum exiſtit, humanæ rationis ſenſuumque principia fallere poſſe.

Dei autem teſtimonia fallere non poſſe ſic probatur. Paulus Rom. 3. homines ait eſſe mendaces, Deum autem veracem, id eſt, neutiquam fallacem mendacemque. Et 2. Tim. 3. Deus qui veritas eſt æterna, negare ſe ipſum non poteſt, atque ad Hebræos cap. 6. impoſſibile eſt, Deum mentiri. Si itaque Deus verax eſt, & quidem ita, ut fallax eſſe non poſſit, utique ejus quoque verba neceſſum eſt eſſe veracia, fallereque neutiquam poſſe. Quod enim verbum & teſtimonium Dei dicit, illud Deus ipſe dicit. Idem quoque ipſum exinde confirmatur, quod teſtimonium Dei Pſalm. 119. verſ. 43. dicatur verbum veritatis & verſ. 160. princeps veritas, nec non verſu 144. æterna veritas imo & quodvis ejus verbum verſ. 86. & 151. ipſa fides & veritas, tum & tota lex aut verbum Dei Pſ. 19, 8. תמימה id eſt ſine labe & ἄμωμος uti Græci interpretantur. Adhæc Chriſtus quoque dicit Matth. 5. & Luc 21. cœlum & terram eſſe peritura, ipſius autem verbum neutiquam eſſe periturum; & donec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nec cœlum & terra perierint, ne apicem quidem aut jota ex lege periturum eſſe. Itaque certum eſt verbum Dei fallere non poſſe, rationis autem principia & ſenſus fallere poſſe.

Secunda ratio I. Joh. 5, Si teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei majus eſt. Ita plus fidei tribuendum eſt teſtimonio divino tanquam majori, quam humano, nempe ſenſuum & rationis tanquam minori.

Tertia, ſi ea, cum ſenſuum & rationis non conveniunt dictamine, non credemus, multo maximam Verbo Dei abnegabimus partem, ea videlicet omnia, quæ eccleſiæ propria paganis haud ſunt credita: eâque opera Evangelium amplius non habituri ſumus divinum, ſed humanum modo & quod conſequens eſt diabolicum; nec unquam veram accepturi ſumus fidem, quippe quæ ἐλέγχος eſt μὴ βλεπομένων perſuaſio certa de iis, quæ non videntur, ſeu quæ nec ratio nec ſenſus capiunt.

Quarta, qui plus ſuis ſenſibus & rationi tribuit quam Dei verbo, is majorem creaturis quam creatori fidem habet, illumque rebus ab ipſo conditis minus

vera-

veracem putat: quæ apoſtaſia â Deo eſt, errorque in fundamento, ipſum fidei principium evertens.

Tandem Lex quoque naturæ ſuadet, plus credendum Deo ejusque teſtimonio eſſe quam ulli rei creatæ, & particulatim homini: ut inde commune quoque enatum ſit verbum, divinum teſtimonium eſſe præponendum humano. Reſtat ergo quæ verbum Dei docet, credenda eſſe ſive ſenſus & ratio eis conſentiant ſive diſſentiant, omnemque perceptionis carnalis ſtrepitum reclamantis teſtimonio verbi divini haberi debere pro nihilo, & ut latratus canis ad Solem. Itaque Chryſoſtomus homil. 83. in Matth. c. 26. credamus Deo nec repugnemus ei, etiamſi ſenſui & cogitationi noſtræ abſurdum eſſe videatur, quod dicit: Superet & ſenſum, & rationem noſtram ſermo quæſo ipſius. Nam verbis ejus defraudari non poſſumus: ſenſu vero noſtro poſſumus. Et Auguſtinus epiſtol. 7. ad Marcellin. Si ratio contra divinarum ſcripturarum auctoritatem redditur quamlibet acuta ſit fallitur veriſimilitudine, nam vera eſſe non poteſt. Quibus ſimilia Toſtatus defenſorii parte 2. cap. 84. & alii

& alii Scriptores eccleſiaſtici paſſim. Atque id verum eſſe viderunt etiam non mediocris judicii philoſophi · inter eosque Carthesius parte 1. principiorum §. 25, 26, & 76. faſſus quæ â Deo revelata ut certisſima eſſe credenda, etiamſi humanum excedant captum, rationisque lumen quam maxime evidens & clarum, videatur ſuggerere aliud quid, divinæ enim potius auctoritati credendum eſſe quam judicio noſtro. Quibus ſimilia Gaſſendus exercitatione in Dialecticam Ariſtotelis & commentario in phyſicam Epicuri ad X. librum Laërtii p. 305. Imo & decretum ordinum Hollandiæ eadem ſuper re ſexto die Octobris anni 1656 promulgatum, quod Hornius Eccleſiaſtica in hiſtoria breviter enarrat.

Uſus hujus Lemmatis eſt hic:

ut ideo non negemus dari aquas Supercœleſtes, quia cum nonnullorum captu non conveniant, adeoque nihil ponderis habere quosdam nominatim Suare-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

zium, Pererium, & Zanchium, ideo eas in dubium vocantes, quod earum uſum ſitum modum & harmoniam cætero cum modo capere ſe poſſe negent. Nam ſi verbum Dei eas docet exiſtere, ſatis illud momenti eſt, ut credantur revera exiſtere, quicquid rationis & ſenſuum captus in nonnullis pro contraria parte elatret.

Quartum Lemma eſt.

Id Deum dicere atque teſtari, quod ejus verba in Scripturis ſacris proprie accepta ſignificant, niſi ſi alibi declaraverit aliter ſe ſentire, adeoque a propria ſimpliciore & frequentiori verborum ſignificatione in venando verborum ſenſu ſine neceſſitate neutiquam recedendum eſt.

Ratio eſt, quia Scripturæ non torquendæ ſunt, teſte Petro, ſive violento modo interpretandæ, adeoque ſimpliciſſimus tutiſſimusque quantum poteſt ſectandus eſt explicandi modus. Simpliciſſimum autem minimeque violentum interpretationis genus id eſt, ut ſi-

na-

namus ſimplex & proprium eſſe quod poteſt, idque in quolibet Scriptorum genere maxime ſacro & divinæ Scripturæ, cujus auctor Spiritus Sanctus orator eſt omnium ſimpliciſſimus, quique ab apertiore nudiore & rerum conſtitutioni propiore ratione loquendi nunquam diſcedit præter cauſam: idque ut â mortalibus quorum cauſa literis comprehenſa ſunt cuncta, ceu eſt ad Roman. XV. intelligi melius poſſit: ipſe ideoque doctores ejus verba ſententiamque propoſituros 1. Cor. XIV. 9. jubens εὔσημον ſive bene & clare ſignificantem ſectari ſermonem. Præterea ſicut ipſe à propria ſignificatione veluti nunc dictum eſt, in loquendo præter cauſam non diſcedit: ita nos quoque in legendo eandem proprietatem præter cauſam deſerere non oportet. Quæ enim Geneſeos eadem & analyſeos, quæ compoſitionis eadem & reſolutionis tutiſſima via eſt. Itaque confeſſæ veritatis regula manet, proprietatem ſine prægnanti neceſſitate non dimittendã eſſe.

Uſus hujus Lemmatis hic eſt:

ut ſcilicet opponatur iis, qui proprietatem verborum de aquis ſupercœleſtibus ſine cauſa relinquentes, aliter ea ſine neceſſitate interpretantur, quod ſane neutiquam fieri debet. Nam ſi verba proprie & ſimpliciter ſonant aquas ſupra cœlum poſitas, utique ea proprietas & ſimplicitas retinenda eſt, & credendum eas vere ibi, poſitas eſſe, donec certa neceſſitas oſtendat, Deum aliter ſua intelligi velle verba.

Quintum Lemma eſt.

Quando loca Scripturæ Sacræ inter ſe non concordare videntur, tunc minus præcipua & minus illuſtria explicanda eſſe ita, ut non repugnent clarioribus & præcipuis: itaque eorum proprietati non ita eſſe inhærendum, ut præcipuorum & illuſtriorum ex iis oppugnetur proprietas.

Obſcuriora enim explicanda ſunt ex clarioribus, & non hæc ex illis. Itaque

Lactantius de ira Dei cap. V. abſurdum eſt exincerto certum velle ſubvertere: cum ſit promtius de incertis certa firmare, atq; Tullius lib. 4. de finibus. Perſpicuis dubia oportet aperire & illuſtrare, non perſpicua dubiis tollere. Et Juriſconſulti ambigui interpretationem fieri debere ex certo, non certi ex ambiguo, ſuper quo videatur Reinkingius de regimine ſeculari libri 2. claſſe 2. cap. XI. & Petrus Martinius in Technologia Grammat. Hebrææ cap. 1. Itaque generalis quorumlibet ſcriptorum interpretandorum ea eſt regula, ut proinde ſacræ etiam convenire Scripturæ non ſit mirum: ad quam Auguſt. etiam lib. 2. de doctrina Chriſtiana cap. 9. applicans, ad obſcuriores inquit, locutiones illuſtrandas de manifeſtioribus ſumantur exempla: ut quædam certarum ſententiarum teſtimonia dubitationem de incertis auferant.

Uſus hujus Lemmatis.

hinc ii refutantur, qui ex uno vel altero obſcuriore loco oppugnant quæ ſcriptura clariſſime Genes. cap. 1. v. 6. & 7. atque Pſalmo 148. verſ. 4. de ſupercœleſtibus teſtatur aquis, & convincuntur,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ex his clarioribus debere judicare de illis obſcurioribus, non contra ex hiſce de illis.

Sextum & ultimum Lemma eſt.

Eum, qui Scripturam aliquo certo loco non ex rei veritate, ſed ex humana tantum opinione dicit loqui, ſi aſſenſum ſibi præberi velit, debere hoc de eodem ipſo loco probare, cæteroqui nullam in eo meriturum eſſe fidem.

Hoc Lemma ſequitur ex quarto. Nam ſi â ſimpliciori ſenſu propriaque acceptione præter neceſſitatem non recedendum eſt: neque a veritate ad falſam opinionem & ſpeciem præter neceſſitatem recedendum eſt: & ſi præter neceſſitatem inde non recedendum eſt, utique ſi quis recedit, atque quoquam loco meram opinionem ſignificari dicit, & non veritatem, probare illud de eodem loco ipſo debet. Et ſi illud non probare poteſt, veritatem ibi meram ſignificari agnoſcere debet. Sic etiam per ſe notum eſt in veraciſſimi ſcriptoris verbis interpretandis,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

dis, ſine neceſſaria cauſa â veritate ad falſam opinionem aut ſpeciem non eſſe concedendum.

Uſus hujus Lemmatis.

Ex hoc principio rejicitur eorum error, qui quod Scriptura de ſupercœleſtibus aquis dicit, ſecundum hominum duntaxat falſam interpretantur opinionem, idque ex ea tantum præſcriptione, quod res ad naturam mundi, adeoque phyſica ad negotia pertinentes, quæ in Scripturis occurrunt, putent, ſibi licere de opinione ſolummodo explicare, cum nihilomagis in dictis de rerum natura agentibus quam in cæteris verum præter neceſſitatem deſerere liceat. Sicut maxime reverendus & clariſſimus Dn. Brunsmannus in ſcripto de gratia naturæ interprete, â B. ſane Kortholdio omnibus diligenter commendato latisſime & ex inſtituto oſtendit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

CAPUT. III.

Præcognitum ultimum Examen ſcilicet Dicti Genes. cap. I. verſ. 6, 7, 8.

VEnit jam ultimo loco verborum Genes cap. I verſ 6, 7, & 8 quæ potiſſima præſentis negotii ſedes ſunt, Examen juxta ſuas acceptiones. Poſſet equidem examen hoc ſuo modo ad ſententiæ veræ, de qua poſtea agetur confirmationem referri; verum cum ibi ſuam propter prolixitatem aliquanto impeditius exhiberetur, aptus erit Præcognitis hiſce inſerere, quo etiam pertinet, quatenus verba duntaxat non rem conſiderat. Huc itaque ut perveniam, ipſa verba prouti in codicibus Hebræïs tanquam authenticis credendorum inſtrumentis reperiuntur, adducam, ſuntque ſequentia.

1. Hebraic.

ויאמר אלהים יהי רקיע בתוך המים
ויהי מבדיל בין מים למים: ויעש אלהים
את

את הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת
לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע ויהי
כן : ויקרא אלהים לרקיע שמים :

2. *Chaldæus Onkelos.*

ואמר יי יהי רקיעא במצי עורת מיא
ויהי מפרש בין מיא למיא : ועבד יי ית
רקיעא ואפריש בין מיא די מלרע לרקיעא
ובין מיא די מלעל לרקיעא והוה כן :
וקרא יי לרקיעא שמיא :

3. *Græci Septuaginta.*

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος, καὶ ἐγένετο οὕτως. καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα καὶ διεχώρισεν ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος ὃ ἦν ὑποκάτω τοῦ στερεώματος, καὶ ἀνὰ μέσον τοῦ ὕδατος τοῦ ἐπάνω τοῦ στερεώματος, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τὸ στερέωμα οὐρανόν.

4. *Aquila.*

Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων, καὶ ἔστω διαχωρίζον μεταξὺ ὑδάτων εἰς ὕδατα. καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ στερεώματι οὐρανός.

5. *Symmachus & Theodotio.*

Hi pari modo habent præterquam in poſterioribus verbis quæ Symmachus ſic ponit, καὶ ἔστω διαχωρίζον ἐν μέσῳ ὕδατος καὶ εἰς ὕδωρ, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ στερεώματι οὐρανόν. *Theodotio* autem, στερέωμα ἐν μέσῳ ὕδατος καὶ ἔστει διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος εἰς ὕδατον, καὶ ἐκάλεσεν ὁ Θεὸς τῷ στερεώματι οὐρανόν. Has verſiones Aquilæ Symmachi & Theodotionis â Druſio in fragmentis præteritas allegat atque recenſet Philoponus libro tertio de creatione mundi.

6. *Vetus Latinus ſeu vulgatus Interpres.*

Dixit quoque Deus, fiat firmamentum in medio aquarum & dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentum, diviſitque aquas quæ erant ſub firmamento ab his quæ erant ſuper firmamentum, & factum eſt ita, vocavitque Deus firmamentum cœlum.

7. *Piſcator.*

Deinde dixit Deus, eſto expanſum inter aquas ut ſit diſtinguens inter aquas unas

unas & alteras. Fecit ergo Deus expanſum, quod diſtingueret inter aquas quæ ſunt ſub expanſo, & aquas, quæ ſunt ſuper expanſo: & factum eſt ita. Expanſum autem illud vocavit Deus cœlum.

8. Tigurinus.

Et dixit Deus: fiat expanſio in medio aquarum & dividat inter aquas & aquas. Et fecit Deus expanſionem iſtam & diviſit inter aquas ſub expanſione & inter aquas ſupra expanſionem: & fiebat ita: appellavitque Deus expanſionem cœlum.

9. Caſtalio.

Deinde juſſit Deus, ut exiſteret liquidum inter aquas, quod aquam ab aqua disjungeret, fecitque liquidum quod divideret aquam quæ ſubter liquidum eſt ab ea quæ ſuper eſt. Quo facto liquidum cœlum nuncupavit.

Sed nullus finis cum foret allegandis verſionibus cunctis, ſufficit adduxiſſe has potiores iis quæ maxime notabilia in cœteris occurrunt, reſervatis ad particularem quam nunc ſubjungam hebræorum verborum conſiderationem.

ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Ut igitur illuc perveniam, primum ibi verſu 6. occurunt voces יהי רקיע fiat expanſum, vox רקיע late denotat quamvis rem expanſam ſive diffuſam. Deducitur enim â רקע, quod eſt extendere, diffundere, veluti בצין vindemia â בצר, קציר meſſis à קצר: itaque alii reddunt *Expanſionem*, alii quod concinnius & clarius eſt *Expanſum*. Longius inde diſcedunt, vimque verbo tantum non faciunt, ςερέωμα aut firmamentum reddunt:

Eodem in commate ſequitur ibidem בתוך המים in medio aquarum. תוך ſignificat medium: neque tamen centrum aut exactum & mathematicum medium: ſed quodvis modo interius: cum hebræo in ſermone omne illud בתוך ſive in medio eſſe affirmatur, quod extra rem haud exiſtit, ſicuti oſtendunt loca Exod. XII. verſ. 31. & 49. cap. XI. verſ 4. c. XIV. verſ. 23, 29. aliaque quam plurima, de quibus videatur in Philologia ſacra Glaſſius. Unde & reſpondet ſæpe particulæ latinæ IN. quietem ſignificanti in loco: ſicuti Ezech. cap. I. v. 16 cap. X. v. 1. כאשר יהיה האופן בתוך האופן id eſt: ac ſi rota una eſſet in altera: interdum etiam particulæ Inter, velut

Ezech.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Ezech. 1. v. 1. בתוך הגולה inter captivos: & cap. 9 verſ. 3. ואיש בתוכם לבוש בדים & aliquis Inter illos veſtitus lineis. Eamque accceptionem reſpicientes nonnulli interpretes, ſimiliter hoc loco vertere: Sicuti Lutherus & Piſcator reddentes zwiſchen den Waſſern. Caſtalio & Junius, inter aquas. Plerique tamen hebræi ſermonis Idiotismum retinent, reddentes in medio aquæ aut aquarum: ſicuti Onkelos, Syrus, Samaritanus, Septuaginta, Aquila, Symmachus, Theodotion, uterque Arabs tam Erpenianus quam Walthonianus, Münſterus, Pagninus, Britanni, Judæi Hiſpanienſes, Belgæ & alii. Quocunque autem modo vox illa convertatur, ad præſens negotium ſane perinde eſt, modo illud tantum ex ea colligatur, quod vere ſignificat & proprie, expanſum hoc non extra ſed intra aquas factum eſſe.

Porro ſequitur ויהי מבדיל בין מים למים quod plerique vertunt: Et dividat ſive ſit dividens inter aquas & aquas. Præfixum ו in voce ויהי intelligunt quidam de cauſa finali: ut reſpondeat Latinorum particulæ ut: ſicuti Junius, qui reddit: *ut ſit diſtinguens*: & Piſca-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Piſcator, qui habet: auff daß ſie unterſchei-de. Eam quam præfixum hocce alibi quoque habet ſignificationem veluti Druſius in Moſe Ve Calebh, Piſcator in Indicibus Hebraicis, Glaſſius in Philologia & Noldius in Concordantis oſtendunt. Alii exponunt per pronomen Relativum: ſicuti Caſtalio, qui reddit: *quod aquam ab aqua diſtingueret*; pleriq; tamen retinent ſignificationem copulativam, ſicuti ſeptuaginta, Aquila, Symmachus, Theodotion, Munſterus, Pagninus, Lutherus, Vulgata, Tigurina, Belgica. Idque recte fit: quia iſta frequentiſſima & communiſſima hujus præfixi eſt acceptio, quam hoc loco relinquere nihil cogit.

Proxima vox eſt מבדיל quæ an nomen ſit an vero participium haud liquet. Locus alius in quo id nomen eſſe certo affirmare licet, comparet nullus. Veriſimile eſt eſſe participium, cujus plurale reperitur Eſaiæ cap. LIX. 2. in verbis עונותיכם היו מבדילים בינכם לבין אלהיכם iniquitates veſtræ ſunt dividentes ſive dividunt inter vos & Deum veſtrum. Atque ſic ויהי מבדיל idem valebit quod יבדיל uſitata circumſcriptione temporalis verbi per participium & verbum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

bum ſubſtantivum. Utcunque autem ſit, ad præſentem controverſiam perinde eſt , cum ſenſus ex utroque emergat idem. In id magis neceſſum fuerit inquirere, quæ ſignificatio ejusdem ſit vocis הבדיל nec non thematis הבדיל unde deducitur quodque reperitur poſtea in verbis ויבדל בין המים אשר מתחת לרדיע communiſſima thematis ſignificatio notat ſeparationem & diviſionem. Sic uſurpatur Num XVI. 9. an parum vobis eſt quod Deus Iſraëlis הבבדיל אתכם מאת ישראל ſeparaverit vos de cœtu Iſraelis. Item Deut. X. verſ. 8. in verbis. Tempore illo ſeparavit Dominus tribum Levi ad portandam arcam fœderis Domini. cap. XXIX. verſ. 20- Et in malum ſeparabit eum Dominus de omnibus tribubus Iſraelis. Numer. VIII verſ 14. Et ſeparavi Levitas de medio filiorum Iſraelis, & ipſi erunt mihi. Similia loca ſunt- Levit. cap. 1. verſ. 17. cap. V. verſ. 8, cap. XX. verſ. 24. Deut, XIX 7. cap. IV. verſ. 41. Joſ. XVI. verſ. 9. 1. Chron. XXV. verſ. 1. 2 Chron. XXV. 10. Eſr. X. verſ. 8, 11, 16. cap. IX. verſ. 2. cap. VI, verſ. 21. Nehem. IX 2. cap. X. 29 cap. XIII. v. 3. Eſai. LVI. 3, Ezech. XXXIX. verſ. 14. &

multo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

multo plura in quibus thema הבדיל manifeſto ſeparationis & diviſionis acceptionem habet. Occurrit quoque in eadem acceptione plane ut hacce in ſede conſtructa cum particula בין ſive inter, ſicut eodem hoc capite verſ. 5. in verbis ויבדל בין האור ובין החשך id eſt, & diviſit inter lucem & tenebras : ſive ſeparavit lucem â tenebris. Item, Exod. cap. XXVI. v. 33 והבדילה הפרכת לכם בין הקדש ובין קדש הקדשים & velum erit, vobis dividens inter ſanctum & ſanctum ſanctorum. Similem locum de iniquitatibus hominem â Deo ſeparantibus in Eſai. cap. LIX. paulo ante memoravi. Conſtat itaque הבדיל ſeparationem atque diviſionem frequentiſſime ſignificare, ut propterea hic ſimiliter capiatur merito, cum nulla res occurrat, quæ aliter ſtatuere cogat. Atque ſic etiam plerique interpretes explicant, velut Metaphraſtæ, Septuaginta, Aquila, Symmachus, Theodotion διαχωρίζειν reddentes, item, Onkelos, Syrus, Samaritanus, Jonathan & Targum Hieroſolymitanum פרש ſuum adhibendo, id ipſum notans Similiter Arabes vel פרן vel פצל reponentes, quorum utrumque idem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

idem ſonat. Nec non vulgata, Tigurina, Caſtalio juxta ac Pagninus ipſam vocem *dividere* adhibentes: quam & leviter ſuo more mutatam uſurpat quædam Anglica, nec non Gallica Olivetana. Eodem ſenſu vocem *ſeparer* reponit alia quædam Gallica, nec non Italica Diodati: ſicut & recentior quædam Anglica. Hiſpanica Caſſiodori & Judæi Hiſpanienſes idem exprimere volentes ponunt vocem *aparto.* Eodem etiam ſpectat Lutheri ſcheiden / oder Scheidung machen.

Deinde etiam Paraphraſtæ qui latius interpretando exſpatiantur, & commentatores dici ſolent, ſimliter vocem capiunt. Velut *autor libri Zohar*, qui Moſen ita intellexiſſe oſtendit, dum tomo I. in Geneſin editionis Hebraicæ fol. 46. p. I. ait, hoc expanſum in medio aquarum dividere inter aquas ſuperiores & inferiores, & aquas quidem inferiores adhæſiſſe antea ſuperioribus, ſed hoc expanſum poſtquam inter illos factum eſt, diviſiſſe illas ab in-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

vicem, item cum fol. 33. p. 1. a. m. dicit, aquas ſuperiores fuiſſe commixtas cum inferioribus, & aſcendiſſe & deſcendiſſe, donec hocce expanſum fieret, quod diviſit inter eas, diviſionemque illam die ſecundo hexaëmeri factam eſſe. Eodem ſpectat, quod fol. 17. p. 2. ait. בקדמית הוו מים במים עד דבפרשנו in principio erant aquæ in aquis, donec dividerentur. Idem ſenſit Scholiaſtes Thalmudis Hieroſolymitani, ille enim parte IV. fol. 77. col. 2. allatis verbis ex Thalmude בתחילה היה העולם מים במים initio erat mundus aqua in aqua, eadem ſic interpretatur. Initio creationis fuiſſe aquas in aquis, quia aquæ ſuperiores & inferiores erant inter ſe commixtæ, ſed per expanſum diviſas eſſe. Innumeri quoque alii paraphraſtæ diviſionem & ſeparationem hic agnoſcunt. Imo & res ipſa ſeparationem diviſionemque hic intelligi oſtendit, dum expanſum medium monſtrat objici inter aquas & aquas: quod ſibi & vult Syntaxis cum parti-

cula

cula בין ſive inter : ſimiliter uſurpata de velo templi, Exod. XXVI. 33. & de peccatis homines â Dei gratia ſeparantibus. Eſai. LIX. verſ. 2. cujus utriusque loci verba hic ante ſunt adducta. Atque hinc Chryſoſtomus quoque ad Genes. cap. I. verſ. 6. ait, hoc expanſum ſeu ut ipſe appellat, στερέωμα eſſe tanquam parietem & diaphragma dividens ſeparationemque faciens.

Tertia vox quæ in adductis verbis conſideranda venit eſt ultima למים cum dicitur ויהי מבדיל בין מים למים quippe cujus inſpicienda præfixa particula ל. Hæc particula tali in conſtructione ſæpe ponitur pro ובין ſive *& inter*. Itaque quod Levit. XX verſ. 25. dicitur, diſcernetis inter animal mundum & immundum (לטמא) & avem immundam & mundam לטהור illud Levit. cap. XI. verſ. 46. & 47. effertur hoc modo בין בין החיה הטמא ובין הטהור item בין החיה הנאכלת ובין החיה אשר לא תאכל inter immundum animans quod comedetur & inter illud, quod non comedetur. Similiter quod Ezech. XXII. verſ. 26. & cap. XLII. verſ. 20. effertur per הבדיל בין קדש לחול illud Lev. cap. X.

verſ. 10. exprimitur per הבדיל בין קדש ובין החול inter ſanctum & inter profanum. Itaque *Aben Eſra* in commentario ad hunc locum Geneſeos utramque uſitatam notat conſtructionem. Ubi tamen eadem vox occurrit in utroque membrorum, quæ tali in ſyntaxi ſibimet opponuntur, ſicut hocce fit loco, aqua aquæ oppoſita in verbis בין מים למים præfixum hocce ל quod tunc poſteriore tantum occurrit ſede, velut hic in למים nihil aliud valet, quam ſimplicem copulativam, quem hic etiam ſenſum eſſe oſtendit ſubjuncta explicatio in proxime ſequentibus verbis ויבדל בין מים אשר מתחת לרקיע ובין המים אשר מעל לרקיע & diviſit inter aquam, quæ ſub expanſo. Ideoque etiam interpretes per copulativam exponunt, veluti Septuaginta, reddentes ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος. Item alii eundem exprimentes ſenſum, Münſterus & Tigurinus ponentes inter aquas & aquas. Junius inter aquas unas & alteras. Senſus ergo univerſorum in hoc commate verborum hic tandem relinquitur. Dixit Deus fiat expanſum in medio aquarum & ſit eparans inter aquas & aquas.

Pergit Moſes in verſu ſeptimo. ויעש אלהים את הרקיע ויבדל בין המים אשר מתחת לרקיע ובין Senſus verborum hic eſt : המים אשר מעל הרקיע Et fecit Deus expanſum & ſeparavit inter aquas quæ ſub expanſo & inter aquas quæ ſupra expanſum. Hic notandum in verbis ultimis, quæ ſupra expanſum & quæ infra expanſum utrobique per ellipſin Hebrææ linguæ uſitatiſſimam, intelligi verbum ſubſtantivum. Perinde autem eſt, quale verbum intelligatur ſubſtantivum, dummodo id ſenſui conveniat. Poſtulat autem hic ſenſus ut intelligatur verbum ſubſtantivum temporis ſive præſentis ſive futuri. Vult enim Moſes oſtendere, non aquas antea fuiſſe ſupra aut infra expanſum, ſed poſtquam expanſum creatum erat, & inter aquas interjectum, alias ſupra alias infra expanſum locatas eſſe. Quare præſentis temporis verbum ſubſtantivum addunt Belgæ, Vulgatus, Caſtalio, Piſcator, Mercerus in commentario ſuo aliique. Ibique de voce מתחת לארץ ſignificans idem quod ſub terra. Quare ſimiliter hac ſede capiunt Interpretes. Hinc 70 reddunt ὑποκάτω Vulgatus, Pagninus, Munſterus

Sub, Lutherus & Piſcator unter: & ſimilia alii.

Præterea de voce מעל in verbis אשר מעל לרקיע notandum, inter varias quas habet ſignificationes, hanc quoque eſſe, qua ſuperius quid eſſe notat. Quam acceptionem ſemper habet, ubi voculæ מתחת ſive infra opponitur, juxta leges oppoſitionis, de quibus formula eſt, quale eſt unum oppoſitorum, tale quoque alterum eſſe cenſendum eſt. Cum igitur ea hic quoque fiat oppoſitio, reſtat ut hic quoque rem ſuperius eſſe ſignet, ſicut & interpretes fere omnes exponunt. Itaque & *auctor libri* Zohar. tomo 1. fol. 17. & ſeqq. paſſim memorat, eam quæ hujus ſedis eſt diviſionem aquarum ſuperiorum & inferiorum: & fol. 46 p. 1. *Rabbi Simeonem* dixiſſe, omnia hæc ita ſe habent, ut alterum ſit ſuperne alterum inferne. Quandocunque autem מעל ſuperius quid eſſe deſignat, ſumitur tunc vel tranſitive vel intranſitive. Quando intranſitive ſumitur, & nullum nomen regit, communiter idem valet quod adverbium ſuperne. Eam autem Acceptionem hic non habere locum inde conſtat, quod hic מעל aliam regat vocem, nempe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nempe quæ ſequitur לרקיע ſive expanſum. Et ne quemquam turbet additum ל in לרליע ſciat, id ל merum pleonaſticum eſſe ex indole hebræi ſermonis, ſicut quoque verſu 8. eſt ubi dicitur ויקרא אלחים לרקיע שמים Et expanſum vocavit Deus cœlum. item in vocibus ליבשה & למקוה verſ. 10. nec non in לשחקים Job. 38. & aliis alibi : ſicut perplurimis exemplis probat *Noldius* in Concordantiis pag. 463. 467.

Cum autem intranſitiva acceptio hic locum non inveniat, ſupereſt tranſitivam hic uſurpari. Ea autem tali in oppoſitione eadem eſt quæ præpoſitio *ſuper*, quam alibi quoque ſacras per paginas hæc particula deſignat. Inter alia loca, in quibus eam habet acceptionem etiam ſequentia ſunt. Eſth. 3. verſ. 1. de honoribus Hamanis, quos in eum contulit Aſverus. Et elevavit eum, & poſuit ſolium ejus (מעל) ſupra omnes principes, qui cum ipſo erant. 2. Reg. XXV. 28. de Evilmerodachi in captivum Joachimum clementia. Et poſuit ſolium ejus (מעל) ſupra ſolium regum, qui erant una cum illo in Babylone. Jonæ IV. 6. de ricino, aſcendebat ſuper caput

Jonæ (מעל) ut eſſet umbraculum ſupra caput ejus Gen. XL. 19. Joſephus præfecto coquorum ait : Elevabit Pharao caput tuum ſupra te מעליך & ſuſpendet te ſuper lignum. Eccl. V. 7, poſtquam Salomo juſſit ne turbemur ſi videamus in regione aliqua vigere violentiam & juris oppreſſionem, addit tanquam cauſam nos eo moturam quod ſit גבוה מעל גבוה altum ſuper alto. Jerem. XLIX. verſ. 19. de hoſte Edomiticæ gentis ארגיעה אריצנו מצליה feſtinare faciam ſuper illam currere eum faciam. Similiter cap. L. verſ. 44. de Babylonis hoſtibus. Feſtinare faciam, currere eos faciam ſuper eam. Ubi idem adhibetur verbum. Ezech. cap. XLI. verſ. 20. â terra usque ad ſuper oſtium עד מעל הפתח Ezech. I. verſ. 25. Et facta eſt vox ſuper expanſum (מעל) Nehem. c. IIX. verſ. 5. & de Eſra ex ſuggeſtu legem coram populo recitante erat מעל כל העם היה ſuper univerſum populum, id eſt, erat ita conſtitutus in loco ſublimi, ut ſuper totum emineret cœtum, quippe in lignea poſitus turri vel ambone, ſicut oſtenditur verſ. 4. eodem Nehem. lib. c. 12. ubi de murorum agitur dedicatione

verſ.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

verſ. 31. bis particula מעל ſuper valet in verbis: Et aſcendere feci principes Judæ (מעל) ſuper murum & conſtitui duos choros magnos & progresſiones â dextra parte ſuper (מעל) muro. Ibid. cap. 3. verſ. 28. מעל שער הסוס ſuper porta equorum. 2. Chron. XIII. verſ. 4. de Abia rege Judæ bellum geſturo cum Jeroboamo & ex monte Zamaraim eundem Jeroboamum allocuturo. Et aſcendit Abia ſuper (מעל) montem Zemaraim, qui eſt in monte Ephraim.

Alia loca, in quibus eadem perticulæ מעל acceptio eſt aut eſſe videtur, ſunt Gen. XVIII. 3. cap. XL. 17. Levit. cap. XVI. 12. Deut. VIII. 4. Jud. XV. verſ. 14. cap. XVI. 12. XIII. 20. 1. Sam. XVII. 39. VI. 5. 1. Reg. XIII. 4. 2. Chron. XXXIV. 4. Pſalm. CVIII. 5. Ezech. I. 19. 21. IX. 3. X. 4. cap. XLI. 17. Mal. I. 5. hancque particulam illa gaudere acceptione eo minus mirum eſt, quo verius certiusque eſt ipſum ſolitarium על ſic frequentiſſime ſumi, & præfixum מ plurimis vocibus ex uſu linguæ pleonaſtice adjici velut patet in מאין non Jerem. X. verſ. 6. מבלי ſine Job. cap. XXIV. verſ. 7. item מתחת ſub מלמעלה ſurſum ממעל

ſupra & ejusmodi aliis, de quibus legatur Glaſſius in Philologia ſacra & in theſauro Buxtorfius libri 2. cap. 20. nec non in concordantiis Noldius p. 565. & ſequentibus. In Chaldaico ſermone ſimilia cernuntur in ארין & בארין aliisque ſimilibus, de quibus videatur Buxtorfius Lexicon Thalmudicum. in Græco abundant ſæpe pari modo γε, περ, ρα de quibus fuſe Henricus Stephani Commentario de linguæ Atticæ idiomatis. Item in Latino nam veluti in quodnam, quidnam, quisnam; ſimiliter, dum, in adesdum, ce, in hicce, hæcce, numero in ſæpe numeto, & alia ſimilia, quæ per omnes fere ocurrunt linguas. Quare merito Interpretes plerique מעל ſupra hic interpretantur. Reddunt enim ſeptuaginta ἐπάνω τοῦ στερεώματος, id eſt, ſupra firmamentum aut expanſum. Similiterque verſio Samaritana, vulgata, Münſterus, Pagninus, Caſtalio, Lutherus, Piſcator, Diodatus & alii.

Ultimum quod in textu notandum

dum eſt, Deum cum creabat expanſum vocaſſe illud שמים ſive cœlum adeoque expanſum id eſſe, quod potiſſimum cœli nomine appellatur tanquam propriiſſimo uſitatiſſimo & convenientiſſimo, id quod nullum aliud eſt quam cœlum ſidereum. Reliqua textus verba per ſe clara ſunt. Totius autem ſumma, quæ ad negotium præſens pertinet, prout illa ex vocibus ſive expoſitis ſive ex aliis per ſe manifeſtis colligitur, hæcce colligitur. *Deum hexaëmeri quo mundum creavit die ſecundo feciſſe expanſum quoddam ſive rem expanſam diffuſamque, quamque vocavit שמים ſive cœlum, feciſſe quoque eandem intra primigenium aquarum molem, & quidem ita, ut aquarum molem in duas disjungeret divideretque partes, quarum altera ſupra altera infra expanſum idem eſſet maneretque.*

Atque hæc de Præcognitis hujus controverſiæ dicta ſunto.

CAPUT.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

CAPUT. IV.

Argumenta pro vera & Affirmativa ſententia.

I. Teſtimonia divina.

POſtquam Præcognita jam expoſita ſunt, ad ipſum controverſiæ hujus opus pergo, veram primo confirmaturus, falſas deinde deſtructurus ſententias. Argumenta autem potiſſima pro ſtatuenda vera ſententia, pauca quidem hæcce ſed perquam efficacia ſunt.

Primum Argumentum.

Quamcunque rem Moſes in hiſtoria creationis velut integrantem mundi partem monſtrat fuiſſe ſupra cœlum, quamque inde poſtmodo ſublatam eſſe nulla conſtat ex parte, ea merito ſupra cœlum adhuc creditur ſita. Sed Moſes in hiſtoria creationis aquam quandam, ut

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ut partem mundi integranrem ſupra cœlum oſtendit fuiſſe ſitam, eandemque illinc poſtea ſublatam eſſe nulla ex parte conſtat. Ergo aquam ſupra cœlum adhuc eſſe ſitam , merito creditur.

Major argumenti propoſitio extra controverſiam eſt, cum quod Moſes hac in parte dixit, Deus ipſe dixerit. Et quod Deus tanquam partem mundi integrantem alicubi oſtendit locatum, id jure meritoque ibi credatur locatum, quamdiu non conſtat, illinc poſtea detractum eſſe.

In *Minori* hæc tria occurrunt probanda. *Primum*, Moſen in creationis hiſtoria oſtendere aquam ſupra expanſum ut partem integrantem fuiſſe ſitam. *Secundum*, non conſtare illinc denuo ſubtractam eſſe. *Tertium*, expanſum illud fuiſſe cœlum.

Primum probatur ex allegatis ſuperiori capite verbis, creationem ex parte deſcribentibus, in quibus oſtenditur aquam primigeniam *expanſo* creato

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

to diviſam eſſe ita, ut altera earum pars infra expanſum relicta fuerit, altera autem ſupra ipſum elevata. Ait enim Moſes ibi, Dixit Deus, fiat expanſum, quod dividat aquas ab aquis. Et fecit Deus expanſum & diviſit inter aquam quæ ſub expanſo & aquam quæ ſupra expanſum. Ergo orto expanſo aquam oſtendit ſupra illud fuiſſe locatam. Quod autem ut partem mundi integrantem ilic voluerit fuiſſe locatam, oſtendit illud, quod ſimiliter aquam ſuperiorem proponat atque inferiorem: hanc autem inferiorem ut integrantem mundi partem, ceu confeſſum eſt, nobis ſiſtat, quippe poſtea in unum alveum collectam quod dicitur Mare.

Alterum membrum aquam ſuperiorem non conſtare de ſuo ſupra cœlum loco eſſe poſtmodo detractam, per ſe notum eſt: cum illinc ablatam eſſe nullo apice hactenus quisquam probare valuerit.

Ultimum membrum, quod expan-

panſum ſit cœlum ex ipſa quoque Moſis affirmatione evidentisſimum eſt, cum expreſſe dicat, Deum illud expanſum vocaſſe cœlum. Ea autem nomina, quæ Deus ipſe rebus imponit, & quidem dum eas condit creatque, ſunt omnium maxime propria & divinas hebræi codicis per Scripturas frequentisſima & uſitatisſima. Idem inde quoque confirmatur, quod Moſes verſ. 14. & ſeqq. Lunam, Solem & Stellas in expanſo affirmat ſitas. Siquidem illud in quo Stellæ locatæ ſunt, certiſſimum eſt cœlum exiſtere. Sunt & alia quoque argumenta idem confirmantia, quæ brevitatis ſtudio omitto.

Alterum argumentum pro vera ſententia.

Oſtendit quoque alibi Scriptura ſacra, aquas cœlum exiſtere. Itaque dubitari non poteſt, quin illinc exiſtant. Ad ejusmodi alia loca Scripturarum nonnulli revocant verba Pſalmi CIV. verſ. 2. in quibus *Deus dicitur extendens cœlum*

lum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

lum ſicut cortinam & contignans ſive concamerans aut tegens aquis ſuperiora aut cœnacula ejus. Verba hebræa ſunt, המקרה במים tegens aquis עליותיו ſuperiora ejus.

Ex quo loco ſic argumentor.

Si ſuperiora aut cœnacula cœli aquis ſive tecta ſive concamerata utique aqua quædam cœlo ſuperior eſt. Nam nihil aliud cœli ſuperiora aut cœnacula ſive tegere ſive concamerare poteſt, quam quod ſupra eadem ſuperiora ſive cœnacula eſt. Jam vero aquis ſuperiora aut cœnacula cœli concamerata eſſe aut tecta, divini textus verba docent. Itaque aqua quædam agnoſcenda eſt ſuperior cœlo eſſe. Verum cum alii aliter hæc verba interpretentur, recte an ſecus viderint ipſi.

Ego potius ad alium tranſeo evidentiorem locum, unde id ipſum probatur. Et hicce eſt Pſalm. CXLIIX. 4. ubi *David de laude DEI agens & omnes creaturas ſiſtens tanquam æternum laudantes*

dantes Numen, ſigillatim quoque cœlos & aquas quæ ſunt ſupra cœlos id repræſentat facientes his verbis: Laudate eum cœli cœlorum. והמים מעל השמים *& aquæ quæ ſunt ſupra cœlos.* Aquas ergo divinus ſpiritus per Davidem ſupra cœlos agnoſcit, ſupra inquam cœlos. Atque ſic eadem verba Pſalmi nobiliores quoque interpretes capiunt. Hinc *Septuaginta* reddunt τὸ ὕδωρ τὸ ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Et *antiquus Latinus*, omnes aquæ quæ ſunt ſupra cœlos. Pari modo *Hieronymus* in Pſalmorum translatione nec non *Junius* niſi quod excludant particulam omnes, quam nec hebræus ſermo habet. Alii quoque particulam מעל in qua cardo controverſiæ vertitur, interpretantes *ſuper*, veluti Munſterus, Tigurinus & Pagninus: item Piſcator reſtituens über/ ſicut & Belgicus boven. Ex iis quoque qui paulo liberius explicando exſpatiantur, ſuum ſuffragium addit *Chaldæus* reponens ומעא דתלין במימרא מעלוי שמיא & aquæ quæ ſuſtinentur in verbo ſupra cœlos. Sicut & *Apollinarius* reddens κύκλων τ' οὐρανίων καθυπέρτε-

ρον ἔναγες ὕδωρ. id eſt, munda ſupra orbes cœleſtes aqua Et quid multis? Interpretes plerique omnes, eum ſenſum eſſe concedunt. Itaque divina teſtimonia aquas ſupra cœlum exiſtere ajunt. Quod certe ſufficere poteſt. Dato enim teſtimonio divino, res certa eſt.

CAPUT. V.

2. Teſtimonia Humana ſeu ſuffragia pro eadem vera & affirmativa ſententia.

Accedunt quoque ſuffragia veterum Scriptorum hebræorum. Inter hos primum locum tenet *Canticum trium puerorum*: ubi itidem omnes creaturæ proponuntur tanquam laudantes & celebrantes Deum, interque prima ac cœleſtia primum angeli, deinceps cœlum & tertio hæ aquæ ſupra cœlum his verbis: *Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Domino, laudate & exultate eum in ſecula.* quam lectionem confirmat codex Græcus Alexandrinus, Biblia

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Biblia regia Antvverpienſia, Ariæ Montani interlinearia, nec non interpretes, Arabs, Syrus & alii. Sic ut manifeſtum ſit: hujus quoque Cantici teſtimonio aquas ſupra cœlos exiſtere. Et ne quis cavilletur, eas eſſe nubes aut humores in aëre, illæ nubes humoresque inferius ſigillatim ibidem memorantur.

Alterum teſtimonium eſt quod legitur in *Bereſchit Rabba* ſectione 4. iſtudq; ſic ſe habet. In conſuetudine mundana rex qui caro eſt & ſanguis ædificat palatium, & tegit illud lignis, lapidibus & terra. Deus vero benedictus mundum ſuum non niſi aqua tegit: atque hoc illud eſt quod ſcriptum eſt המקרה במים עליותיו qui concamerat in aquis ſuperiora ejus, Ergo veteres hebræi mundum aqua tectum exiſtimavere: Si autem tectum aqua exiſtimavere, utique cœlum ea quoque tectum duxere, cum id extima pars ſit mundi, quam philoſophi qui ſacras literas neſciebant, dixerunt tegere omnia præter ſemetipſum.

Tertium teſtimonium eſt, quod *Eliezer in Pirke Aboth* ſive capitulis Patrum habet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

bet cap. 4. Niſi expanſum eſſet, abſorberetur orbis ab aquis ſuperioribus & inferioribus: diviſit vero inter has & illas aquas juxta illud, dixit Dominus fiat expanſum in medio aquarum, ut dividat inter aquas & aquas, videlicet inter aquas ſuperiores & inferiores. Ergo hic Elieſer ſupra expanſum credidit eſſe aquas: adeoque ſupra cœlum ſidereum: quippe poſtea cap. VI. ſe per expanſum intellexiſſe illud cœlum oſtendit, dum planetas eſſe in eo per ordinem diſpoſitos affirmat.

Quartum teſtimonium continetur *hocce in libro Zohar ſuper Geneſin* fol 17. p. 2. ad verba fiat expanſum. Aquæ inferiores ſunt mare &c. aquæ autem ſuperiores ſunt mare magnum, mare aquarum ſuperiorum diverſum ab aquis inferioribus. In quibus verbis mare ſuperius eſſe ipſas aquas ſupracœleſtes, oſtendit alia vetus hebræorum doctrina, dicens, Deum die ſecundo hexaëmeri duo condidiſſe maria quam doctrinam confirmat quod extat in Talmudis Hieroſolymitani tractatu *Chagiga* cap. 2. part. IV. fol. 77. col. ult. cœlum juxta domum

domum Hillelis die ſecundo duo fecit maria. Superius autem mare factum die ſecundo eſſe ſupra cœlum oſtendit Moſes. Ergo hic hebræi agnovere aquam ſuperiorem, quam Moſes ſupra cœlum locat eſſe Mare quoddam ſive ingentem aquæ multitudinem, adeoque veras ſupra cœlum agnovere aquas. Eodem facit quoque aliud teſtimonium vetus, quod *Abarbenel* in Pentateuchum fol. XIII. col. 2. ex *Tanchuma* & fol. XI. ex Bereſchit Rabba profert: Ex quo etiam id adducunt Nachmanides & Gerſomides, cujus ſumma hæc eſt: aquas ſuperiores non immediate contingere expanſum, ſed ſupra expanſum ita ſitas eſſe, ut inter illas & expanſum aliquid intervalli intercedat. Sive autem mediatus ille ſitus verus ſive falſus ſit, oſtendit tamen, ita dicentes ſenſiſſe aquam ſupra ipſum quoque expanſum exiſtere ſive cœlum. Saadiam quoque veterem & magni nominis hebræum Doctorem, quinque circa annum Chriſti 917. vixit, docuiſſe, veras ſupra cœlum ſidereum dari aquas teſtatur Abarbenel in Pentateuchum fol. XI. columna ultima.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Patres etiam ſive veteres Eccleſiæ Chriſtianæ doctores magno numero huic de aquis ſupracœleſtibus accedunt ſententiæ : ſicut fuſe oſtenderunt *Salianus* in Chronologia ad mundi diem ſecundum , & in *Roſa Urſina Scheinerus* quorum ea de re annotationibus addi poſſunt, qui ſupra cap. 1 nominati recenſitique ſunt patres idipſum ſentientes ſtatuentesque.

CAPUT. VI.

In quo ad refutandos qui ſecus ſentiunt aditu facto, illi particulatim refelluntur , qui aquas ſupercœleſtes aliud quam veram aquam eſſe dicunt.

Confirmata vera ſententia , ad ea nunc pergo , quæ ei opponuntur diſcutienda evertendaque. Diſpeſci autem illa poſſunt in ſententias; aliam verborum divinorum de aquis ſupra-

pracælestibus explicationem ſtatuentes, & in Argumenta, quæ eorundem nullam expoſitionem afferunt, ſed quantum in ipſis eſt, affirmativam modo oppugnant. De quorum priore nunc prius, deinceps autem de poſteriori paucis agam. Sententias itaque examinaturis initio ſe offerunt, quæ negotium explicant *de re quæ non eſt aqua:* quarum vanitatem generaliter ſic oſtendo. Scriptores ſacri aquas, aquas inquam has ſuperiores eſſe dicunt non autem diverſum quid ab aquis. Aqua autem proprie accepta, vera eſt aqua. A proprietate autem, quæ citra neceſſariam deſeri non debet cauſam, nihil monſtratum eſt, quod hic recedere cogeret.

Deinde aqua inferior in loco Moſis non niſi vera naturalis & proprie dicta eſt aqua, ut ideoque in unam maximam collectam congregata dicatur facta Mare. Cur ergo aqua ſuperior aliud eſſet? maxime cum ambæ ab initio fuerint unum continuum, & per ſeparationem duntaxat in diverſas dicantur ſeceſſiſſe partes. Moſes enim oſtendit, expanſum ſive cœlum ortum eſſe in medio aquæ pri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

primigeniæ ſive intra eandem eodemque expanſo illam disjunctam ſive diviſam eſſe in ſuperiorem inferioremque aquam, in eam, quæ ſubter & quæ ſuper eſt expanſo. Unam autem partem ejusdem aquæ, quæ ſimilare totum eſt ſimilaresque habet partes, veram eſſe aquam, alteram autem non veram aquam: aut aquæ ſuperiorem molem per meram ab aqua inferiore ſeparationem in aliam prorſus degeneraſſe naturam, quod me ſtatuere cogat, comparet nihil.

Porro tales ſententiæ magnam Moſaicis verbis præter neceſſitatem tribuunt ambiguitatem obſcuritatemque: & tanquam in hiſtoria narranda nomina ita confunderet, ut negotium quod ſignificare vellet, intelligi plane non poſſet: Nam nomen aquæ non tantum ei tribuunt rei, quæ non eſt aqua, ſed & ita inconſtanter illud faciunt, ut breviſſimo intervallo, aquam & non aquam eadem nominaret voce: aquam cum dicit, & *diviſit Deus aquam, quæ infra expanſum,* non aquam, cum ſubjungit hæc verba *ab aqua quæ ſupra expanſum:* quo pacto omnia redduntur perplexiſſima confuſiſſima-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ſiſſimaque, hiſtorica quoque narratio fere tota deſtruitur. Quæ cum ita ſint, veritatem neutiquam aſſecuti ſunt, qui aquas has capiunt de re illa, quæ vere & proprie non eſt aqua. Quod vero objiciunt in dictis, quæ agunt de his aquis ſupercœleſtibus quædam improprie dici, ideoque poſſe quoque aquam hanc ſupercœleſtem improprie capi, atque vetus Hebræorum in Talmude hoc eſſe de iis dictum: *cum veneritis ad lapides puros, non dicetis aqua*, aqua tanquam id ſibi voluerit, aquam illam pro vera & propria non agnoſcendam eſſe.

Denique ſimplicem & proprium intellectum difficiliorem eſſe intellectu quam ut credi poſſit: ſicut partim *Maimonides* in Doctore Perplexorum. parte 2. cap. 20. partim alii diſſerunt; illud univerſum leve nimis veram contra ſententiam eſt telum. Nam quod ad ultimum ſpectat, aquam ſupra cœlum eſſe poſſe, non difficilius eſt intellectu, quam res alias illuc adeſſe poſſe, & quaſcunque potentia Dei illic locare voluerat. Uſus tantum earundem difficilis eſt intellectu, & nobis plane incogni-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

tus : ſed ſicut aliorum quoque plurium uſus, quæ exiſtere tamen omnium quoque teſtantur ſenſus. Neque ſatis rationis eſt, ideo quid negare, quod id intelligere non poſſimus : cum ſic maxima pars eorum, quæ â Deo revelata ſunt, neganda forent, ſiquidem pleraque intellectu nobis difficilia aut etiam impoſſibilia.

Neque hilo firmius eſt, quod de nonnullis improprie dictum eſt. Nam quæ Genes, cap. 1. de his aquis dicuntur, ea omnia ſententia affirmans proprie capit. Similiter quæ Pſal. 148. dicuntur, niſi ſi exceperis laudem, qua hæ aquæ Deum laudare dicuntur. Quam tamen laudem impropriam eſſe non conſtat, & ſi vel maxime conſtaret, nihil tamen id ad ſedem Geneſeos primo ſpectat, ceu qui locus iſtius nullam facit memoriam. Sic quoque certum eſt, ſi quædam maxime impropria occurrant, non ideo tamen quævis licere improprie capere : cum in omnibus ſcriptoribus propria impropriis occurrat mixta : & nihiloſecius â proprietate præter cogentes cauſas non liceat recedere. De-

nique

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nique citatum dictum Talmudicum nullius momenti eſt, cum contrariam ſimplicitati & proprietati ſcripturis præter neceſſitatem attribuat ſententiam. Aliorum quoque Hebræorum eidem adverſantur dicta, aquas veras & proprie dictas ſupra cœlum eſſe affirmantia, ſicut antea oſtenſum eſt. Adde quod ex ethnica potius quam ex ſacra promtum ſit philoſophia, ut ideo *Plato* quoque aqud Euſebium de præparatione pag. 566. ejusmodi purorum lapidum mentionem faciat.

CAPUT. VII.

Eorum examinatur & refellitur ſententia, qui dicunt: Aquas ſupercœleſtes eſſe Angelos.

GEneraliter confutatis, qui aquas ſuperiores aliud eſſe dicunt quam veram aquam, progredior nunc ad particularem ſententiarum eo pertinentium conſiderationem, in quibus prima

ma

ma eſt eorum, qui haſce aquas angelos eſſe dicunt. Eam opinionem ſecutus eſt *Origenes* teſte Epiphanio in Epiſtola ad Johannem Hieroſolymitanum, quæ inter epiſtolas Hieronymi 60. eſt. Ipſe quoque Origenes ſe ei fuiſſe addictum, homilia 3. in Geneſin oſtendit. In aliis idem ſentientibus fuere Theophanes Cerameus, homilia 40. ubi Moſen ait vocare angelos tropice Aquas, quæ ſupra cœlum ſunt, iisque Spiritum Sanctum ſuperferri. Item *Auctor Annotationum in Pſalmos*, quæ attribuuntur Hieronymo ad Pſalm. CIV. verſ. tertium: nec non *Auguſtinus* libr. 13. confeſſionum ſcribens: cum cap. 32. & 15. dicit: firmamentum factum eſſe inter ſpirituales aquas ſuperiores & corporales inferiores. Hebræos inter Doctores Philo eam ſententiam amplectitur, in libro de opificio mundi, præterea etiam nonnulli alii, quos *Abarbenel* in Pentateuchum fol. 13. col. 4. memorat, ſcilicet qui aquarum harum nomine intelligunt Intelligentias orbium cœleſtium motrices, aut à materia ſeparatas: quos inter quendam *Ben Suma* nominat.

Verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Verum falſam eſſe hanc ſententiam præter ea quæ generatim contra ejusmodi opiniones propoſita ſunt, hoc particulatim quoque oſtendit, quod Pſalmo 148. aquæ hæ ſuperiores ab angelis diſtinguantur. Nam primo de Angelis dicitur. Laudate eum omnes angeli ejus, laudate eum omnes exercitus ejus. Quod ubi dictum eſt, tunc primum venitur ad cœlos & aquas, quæ ſunt ſupra eos, his verbis: *Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſunt ſupra cœlos.* Apte *Rupertus Tuitienſis* libr. 1. commend. in Genes. cap. 23. *Si aquæ illæ inquit eſſent angeli, cur David dicturus, & aquæ quæ ſupra cœlos ſunt, laudent nomen Domini, præmiſit hocce. Laudate eum omnes angeli ejus, univerſaliter namque dicendo, laudate eum omnes, neminem angelorum ejus excepit, & proinde ſuperflue repetiiſſet, dicendo, & aquæ quæ ſupra cœlos ſunt laudent nomen Domini.* Accedit, quod *Abarbenel* commode monet, Angelos in Scriptura non aquæ nomine appellari, ſed nomine Spiritus ignis aut alius ſimilis rei.

Neque

Neque magni momenti ratio eſt, quam pro contraria allegant ſententia: aquas has merito angelos ideo dici, & credi, quod Pſalmo 148. dicantur laudare Deum, quippe quod in alias quam rationales creaturas negant poſſe quadrare. Nam quam vilis hæc ſit ratio, illud manifeſto oſtendit, quod in eodem Pſalmo etiam ſtellæ, abyſſi, piſces, ignis, grando, nix vapores, montes, arbores, ſerpentes, & aliæ ſimiles res, ut & bruta Deum laudare dicantur. Pulchre & appoſitè *Chryſoſtomus* homilia in hunc hymnum: quippe propoſita quæſtione, quomodo ea laudare Deum poſſint, quæ neque vocem habent nec linguam nec animam nec rationem; reſpondet *Deum quoque laudari per facta, & cum tacent linguæ laudari quoque per ipſam creaturæ naturam*, veluti dicitur in verbis hymni 19. cœli enarrant gloriam Dei, opera manum ejus annunciat firmamentum, nempe creaturas laudare quoque Deum pulchritudine, ſitu, magnitudine, natura, uſu, miniſterio, perſeverantia & quæ illinc proficiſcitur utilitate. Similia tali de laude *Nyſſenus* in Hexaëmero, *Ambroſius* lib.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

libr. 2. hexaëmeri, *Procopius* in Octateucha, nec non *Kimchius* in Pſ. 148.

Quod ad Patres attinet, qui allegoricam de aquis hiſce tanquam angeli eſſent, approbavere opinionem, iis opponuntur præter allaturum pondus rationum contrariarum, alii patres, longe plures, qui contrarium ſtatuerunt, veraſque & proprie *dictas* haſce exiſtimavere aquas.

CAPUT. VIII.

Sententia Levi Gerſomidæ conſideratur & refutatur.

PRogredior nunc ab iis, qui ſupercœleſtem hanc aquam ſpirituale quid eſſe contendere, porro ad eos, qui corpus quidem eſſe dicunt, aquam tamen eſſe negant. Ubi primo ſe offert negativa *Levi Gerſomidæ* opinio, quam Commentario in Genſin ad cap. 1. v. 6.

fol,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

fol. X. columna 2. proponit, aquam hanc non eſſe quidem aquam, eſſe tamen cœleſte aliquod corpus, ſed naturæ ignotæ, & nulli alii corpori conſimilis: diſtinctionemque inter aquas ſuperiores & inferiores factam non eſſe localem ſed naturalem vel formalem, qua parti aquarum diverſa ab aquis indita eſt natura. Ad quam ſententiam videtur quoque propius accedere *Maimonides* in Doctore Perplexorum parte 2. cap. 30. idem ad minimum memorans de aquarum diſtinctione addensque ſimilem fuiſſe diſtinctionem, qua lux Genes. 1. diſtincta â tenebris affirmatur, & notare id duntaxat, quod lux creata fuerit & producta.

Sed & hæc ſententia generali confutatione quam ſuperius cap. 6, propoſui, deſtructa & everſa eſt. Particulatim ejus in auctore notanda venit temeritas fingendi & ſine certa auctoritate affirmandi, aquam hanc non eſſe aqueæ naturæ, idque ita, ut ipſe una fateatur, ignotam rem ſibi eſſe: id certe illud ipſum negotium eſt, quod damnat Apoſtolus Paulus. 1. Tim. cap. 1. verſ. 7. invehens

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

vehens in illos, qui neſciunt neque quæ dicunt, neque quæ confirmant. Et tolerabilius figmentum eſt, ubi â fingente ipſo explicari poteſt, intolerabilius, cum ne ipſe quidem fingens comminiſcensque hoc interpretari & explicare novit.

Quod vero ad ea ſpectat, quæ ſimul addit, de locali diſtinctione, nullam hic ſedem inveniente, neque illa meliora firmioraque deprælienduntur, ſed pariter inepta & frivola, ab ipſo Moſe refutata, dum aperte oſtendit diſtinctione hac inter aquas primigeniam aquam interpoſito expanſo in duas partes diviſam eſſe, earumque alteram ſupra, alteram infra expanſum locatam eſſe: quæ manifeſto localis eſt diſtinctio & ſeparatio. Neque opus habuit Maimonides, ut adjungeret ſimilitudinis & comparationis cauſa diſtinctionem inter lucem & tenebras, quæ neque naturalis tantum & formalis eſt ut appellant. Si enim hujusmodi eſſet, Moſesque dicens, Deum diſtinxiſſe lucem â tenebris, nihil aliud voluiſſet, quam Deum creaſſe & in eſſentia conſtituiſſe lucem, ſicuti ſuam for-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

malem aut naturalem explicant diſtinctionem: utiq; diſtinctionem à creatione non ſeparaſſet utque diverſam repræſentaſſet, quod tamen fecit: Nam ubi primum memoraverat, Deum creaſſe lucem, vidiſſeque quod bona eſſet, tum demum ad diſtinctionem ſive diviſionem ut rem novam progreſſurus ait: Et diviſit Deus inter lucem & tenebras noctem.

Atque eandem lucis diſtinctionem localem extitiſſe, haud impoſſibile eſt cogitatu, lucemque, ſicut primum creata erat, non fuiſſe collectam ſed diſperſam & intra ſe tenebroſas particulas habentem, quas è luce creata ejiciendo, Deus diſtinxerat inter lucem & tenebras. Sicut & alius Judæus *Iſacus Arama* commentario in Pentateuchum fol. X. rem explicat, his uſus verbis: *Quemadmodum homo ſecernit & ſeparat rem aliquam de medio alterius rei, cum qua commixta fuit: ut earum qualibet per ſe & ſeorſim exiſtat: ita Deus tenebras è medio lucis ſeparavit atque ejecit, eamque puram & mundam reddidit.* Neque tantum prima lucis & tenebrarum diſtinctio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ctio localis erat, eſt & quotidiana talis. Ubicunque enim locorum dies eſt: ibi ſimul & ſemel nox non eſt. Quod reſpiciens *Philoponus* Hexaëmeri libro 2, cap. 14. appoſite ait. *Terminus lucis eſt initium tenebrarum, & rurſus terminus tenebrarum initium eſt lucis. Deus enim locis diſtinxit lucem & tenebras. Impoſſibile namque eſt, eadem ſimul eſſe eodem in loco. Cedunt ſibi invicem: nam cum Sol ſuper terram eſt & illuſtrat illa, quæ penes nos exiſtunt, tenebræ ſub terra ſunt. Et cum ille rurſus eſt ſub terra tenebræ occupant aërem, qui eſt ſuper terram.* Hactenus ille.

Sed audiamus rationem, quam ipſe Gerſomides dat opinionis hujus de nulla hic diſtinctione locali. *Quod ſi diviſio localis intelligeretur, conſequens fore, ſuperfluum quid in ſermone Moſis adeſſe, quoniam poſtquam propoſitum erat, Deum feciſſe expanſum & diſtinxiſſe aquas, ſubjiciatur, & factum eſt ita.* Nam poſtquam fecit ipſum, addit Gerſomides, neceſſe non fuit dicere, & factum eſt

ita. Verum hoc frivolum eſſe inde liquet, quod oppugnet quamcunque diſtinctionem adeoque non localem modo ſed etiam naturalem aut formalem quam appellat. Quippe cui ſimiliter opponi poteſt, quod poſtquam dictum erat: & diviſit Deus ſive formaliter ſive quocunque alio modo, non neceſſum fuerit addere, *factum ita eſſe.* Tum & tautologia ex ſubjunctis verbis factum eſſe ita nihilomagis oritur quam ex iisdem præmiſſis v. 15. & 16. ubi Moſes, & factum eſt ita, & fecit Deus luminaria &c. etiamſi utroq; loco de eadem re ſermo eſt.

Denique verborum & factum eſſe alia quivit eſſe cauſa; nimirum quod ea verba concluſio ſint antea dictorum, ſic ut particula copulativa Et quæ incipit id verbum, reſpondensque ei hebræo in ſermone præfixum ſive conſonans Vau valeat idem quod particulæ Itaque, adeoque, & ſic, aut aliæ conſimiles, qua ſignificatione ipſam alias quoque gaudere Piſcatoris indices Hebraici & Concordantiæ Noldii pag. 279. 303. 313. aliaque id genus ſcripta docent: ſic ut ſenſus totus hic emergat;

Dixit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Dixit Deus fiat expanſum in medio aquæ & diſtinguat aquas ab aquis. Fecitque Deus expanſum & diſtinxit inter aquas quæ ſub expanſo & quæ ſuper expanſo, adeoque factum eſt ita, quemadmodum dixerat Deus:

Quod & extat Pſalm. 33 in verbis: Ille dixit, & factum eſt, ille juſſit, & quod juſſit comparuit.

CAPUT. IX.

Eorum refutatur ſententia, qui dicunt, aquas ſuperiores eſſe orbium cœleſtium partem.

POſt eos, qui aquas ſuperiores falſo interpretantur de ignoto quodam corpore, quod non eſt aqua, ſequuntur, qui notum aliquod corpus non aqueum dicunt hiſce intelligi aquis. Inter quorum primos ſunt, qui aquas haſce *orbium cœleſtium* partem eſſe ajunt. Verum nihilo plus noti ſunt orbes cœle-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ſtes. Nam an ulli dentur orbes, & quinam ſint illi, nobis mortalibus prorſus ignotum eſt. Ipſam quoque fixarum Sphæram licet notum ſit utcunque, dari & exiſtere: cujus tamen ſit naturæ, in terra degentibus obſcurum eſt. De ignotis autem vane inſtituitur ſermo, & temere de iis quid affirmatur. Deinde etiam, quotcunque tales ſive darentur ſive etiam cogniti eſſent orbes, nihil tamen ad rem pertinerent: quandoquidem ipſi diſſentientes aquam eas eſſe negant: cum Dei Spiritus *de Aqua*, *de aqua* inquam loquatur, eamque ſupra cœlum eſſe affirmet. Denique orbes illæ qualescunque eſſent, cœlum uti diſſentientes volunt, eſſent; cum hæc aqua de qua hic ſermo, diſtinguatur â cœlo, dicitur enim eſſe ſupra expanſum cœlumque.

Sed ut ſingulatim examinem, quæ in hac ſententia compræhenduntur, ſcinditur ea in diverſas partes. *Primo* fuere, qui dixerunt, *omnes orbes cæleſtes præter infimam ſphæræ lunaris ſuperficiem eſſe*, quod harum ſuperiorum aquarum nomine intelligitur. *Expanſum* vero aut cœlum aut ſupra quod prædicantur eſſe locatæ,

locatæ, *eandem eſſe infimam ſive concavam in Sphæra lunæ ſuperficiem.* Hanc opinionem Abarbenel fol. XI. in Pentateuch. columna 2. adſcribit Judæo Doctori Iſaaco Iſraëli, qui circa annum 1310. vixiſſe fertur. Falſam autem eam eſſe & abſurdam præter generalia ante dicta illud evidentiſſime docet, quod luminaria poſita ſint in expanſo: id quod non quadrat in concavam ſphæræ lunaris ſuperficiem, cum in ea Sol & reliqua luminaria neutiquam locata ſint. Quod etiam Abarbenel vere & recte opinioni huic opponit: qui & merito notat, abſurde ſtatui de mero accidente (qualis ſuperficies eſt) dici, *fiat expanſum & fecit Deus expanſum:* cum expanſum ſubſtantiæ non accidentis ſit nomen, ſphæraque lunaris ſi qua exiſtit, quandoquidem juxta hanc opinionem antea extitiſſe debet, antea quoque habuerit ſuperficiem, etiam concavam, ſiquidem terram & aquam cingebat: adeoque per hoc verbum fiat expanſum, eam ſibi non comparaverit.

Deinde fuere, *qui aquas haſce ſupremam orbium cœleſtium dixerunt eſſe partem, quam* Abarbenel. fol. 13. col. 2. *orbem omnia ambientem vocat* : item *ſphæram ſupremam*, quæ eſt locus mundi: alii autem *cryſtallinum* vocant *cœlum*, item *ſphæram nonam, primumque mobile*. Hæc fertur opinio fuiſſe Bonaventuræ, Lyrani, Toſtati, Cajetani. Eandemque amplectitur quoque Abarbenel: Verum præter generalia ſententiam hanc evertentia, illud ſpeciale huc quoque facit, quod ſuprema ſphæra nobis cognita non alia ſit quam fixarum: illa autem pars ſit cœli & expanſi, ceu in quo Deus non tantum Solem & Lunam, ſed & ſtellas adeoque fixas quoque repoſuit: cum hæc aqua manifeſte diſtinguatur â cœlo & expanſo, quæ ſæpius ſupra cœlum & expanſum exiſtere dicta eſt. Prætera nona illa ſphera, nulla aut demonſtratione aut divina revelatione evicta eſt dari: ut ideo in philoſophis quoque ſint, qui eam tantum pro commento & fabula habent.

CA-

CAPUT. X.

Refelluntur, qui Aquas ſupercœleſtes Aërem eſſe dicunt.

SEcundus ordo eorum, qui aquas ſupercœleſtes interpretantur de corpore quod non eſt aqua, ſunt, qui *illas* dicunt *eſſe ſuperiorem aliquam aëris regionem, expanſum autem & cœlum ſupra quod ſint, eſſe inferiorem aëris partem & regionem.*

Hujus ſententiæ meminit *Kimchius* in Pſ. CXLIIX. & *Abarbenel* fol. XI. columm. 3. eam attribuit Judaicis Doctoribus, Selæ, Thanuni, Caſpio, Latipho, Narbonio & Albalago; Falſam autem eam eſſe, præterquam ex generali confutatione ſuperius propoſita inde perſpicuum eſt, quod aër quoque longe aliud ſit quam aqua Definitione enim

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

adeoque eſſentia diſcrepant. Nunquam igitur quis aquam ſibi dari poſtulans acquieſcit dato ſibi aëre. *Neque obeſt*, quod nonnulli dicunt, *aërem fieri poſſe aquam & aquam rurſus aërem*. Nam præterquam quod id univerſaliter haud verum ſit, ſiquidem datur aer qui nec factus eſt ex aqua nec in aquam unquam naturaliter evadit, juxta experimenta *Stairii* in Phyſiologia, aliorumque, tamen ſi maxime univerſali modo verum eſſet, ſicut in reliquo aere eſt, quique ejus maxima pars eſt, facile & fit ex aquis, & in eas rurſus reſolvitur, nihilomagis quicquam obtineretur. Nam res in id quoque mutari poteſt, quod tamen antea non eſt, ſicuti lignum comburendo tranſit & mutatur in carbones fumum & cinerem, etiamſi ipſum neque carbo, neque fumus neque cinis exiſtat, & eruca tranſit in papilionem, etiamſi ipſa non eſt papilio. Sic forfex opera fabri mutari poteſt in cultrum, & culter rurſus in forficem, etiamſi nec culter ſit forfex, nec forfex

ex culter. Atque oriri res ex eo poteſt, quod materiam tantum habeat eandem, non autem ideo eandem eſſentiam & definitionem.

Firmum itaque manet, aerem & aquam definitione & eſſentia diverſa eſſe. Tum & illud deſtruit hanc opinionem, quod expanſum eſt cœlum, ſupra quod hæc ſuperior aqua eſt, cœlum ſit ſidereum & proprie dictum, ſicut antea oſtenſum eſt, adeoque aeris aliqua portio eſſe nequit.

CAPUT. XI.

Refutantur, qui Aquas Supercœleſtes Nubes eſſe dicunt.

IN tertium ordinem refero eos, *qui haſce aquas Nubes & expanſum aerem iis inferiorem eſſe* ajunt. Qua in ſententia permulti recentiorum ſunt. Verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

rum præterquam generali confutatione his ſpecialibus quoque refelluntur argumentis. 1. Expanſum & cœlum ſupra quod hæ aquæ ſunt ipſum cœlum ſidereum eſt: ergo non eſt aer, ne dum ejus inferior regio. 2. Si aeris eſſet inferior regio, eaque tantum die ſecundo facta eſſet, alia die ſuperior ejus regio condita fuiſſet. Abſurdum autem eſt, cæteroque creationis ordini minime conveniens, Deum ejusdem elementi alias alio die creaſſe partes. 3. Dari quoque poſſunt nubes, in quibus nihil eſt aquæ, veluti nubes pulveris & ſimilia. Itaque fumus quoque Ezech. c. 8. v. 11. dicitur Nubes. Atque Judas in epiſtola diſerte mentionem facit νεφελῶν ἀνύδρων nubium aqua carentium.

Etſi dixerint Diſſentientes, ſe eas modo intelligere *Nubes, quæ ex aquis rarefactis exortæ ſunt atque vapores exiſtunt humidi*; ſcire debent, eosdem vapores humidos & nubes ut plurimum continuo nexu cohærere cum aquis inferioribus maris: quia vapores continentur aſcendentes commiſcentur cum vaporibus antea ſublatis: quod aquis ſu-

per-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

percœleſtibus non convenit, quippe quæ interjecto expanſo ab inferioribus ſeparatæ prorſus ſunt aquis.

Præterea ne eos quidem vapores & nubes proprie dictas aquas eſſe: partes enim ſive atomi ex quibus conſtat vapor, tunc duntaxat vera & propria dicantur aqua, cum in liquorem & fluidum humens conjunctæ ſunt: non autem ubi per rarefactionem ab invicem ſegregatæ ſunt: ſicut nec pulvis in quem ſaxum comminutum eſt & contritum, proprie ſaxum dicitur; quippe quod partium ad unum continuum & ſolidum congregatarum, duntaxat nomen eſt, non autem diſſolutarum & ſeparatarum partium. Atque hinc tales quoque nubes & ex rarefacta ortæ aquâ, ab ipſa in ſcripturis diſtinguuntur aqua: veluti in verbis Job. 26 ligans aquas in nubibus ſuis, aliisque ſimilibus, quare cum nubes ſive ex aqua ſive aliunde factæ, vera aqua non ſint, utique nec ſupercœleſtis aqua ſunt.

Tertio vapores & exhalationes adeoque & Nubes maxime propius huc pertinen-

tinentes, & ex aquis factæ, in ſacro codice ab hiſce aquis ſupra cœlum ſitis diſtinguuntur. Nam Pſalm. 148. ſeorſim vapores ſeorſim aquæ ſupra cœlos Deum laudare jubentur. Et prius quidem aquæ hæ ſupercœleſtes, deinde longo intervallo vapores. Idem fit in Cantico trium puerorum, cujus licet auctor incertus ſit & apocryphus, materia tamen ex veteri & divina doctrina deſumta eſt. Nam aquæ ſuper cœlos verſu 60. Deum jubentur celebrare. Atque poſtea verſu 73. nubes tanquam diverſiſſimæ ab illis aquis.

Denique aquæ, de quibus mihi ſermo eſt, ſunt ſupra cœlum & expanſum. At nubes & vapores, quos diſſentientes harum aquarum nomine intelligi malunt, non ſunt ſupra cœlum aut expanſum. Nam ſi ſupra cœlum eſſent, deberent eſſe extra illud. Quicquid enim orbiculare eſt & ſphæricum, aut etiam ſaltem continuum, ſupra illud ea tantum proprie eſſe dicuntur, quæ ſunt extra illud. Eò enim ſuperius quid in Sphæra eſt, aut continuo, quo exiſtit exterius, & eo inferius, quo exiſtit interius. Itaque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

que *Timæus Locrus* de anima mundi: centrum ſphæræ eſſe inferne, quod autem ultra centrum usque ad peripheriam illud eſſe ſuperne. Et quod ille dicit de ſphæra, id ſenſus communis de quovis affirmat continuo. Quare non dicimus piſcem eſſe ſupra mare, etiamſi ſit in illo, neque muſcam eſſe ſupra ſuccinum, cum intra illud cohibetur incluſa: neque vitellum eſſe ſupra pomum, cum in ejus volva aut reliqua interiori parte eſt. Nubes autem & vapores non extra cœlum ſed intra illud eſſe confeſſum eſt. Itaque neutiquam Nubes; ſunt ſupercœleſtes hæ aquæ, ceu quas Scriptura ſupra cœlum & expanſum exiſtere docet.

Etiamſi autem vera hæcce ſint, non deſunt tamen diſſentientibus, quæ objiciunt:

Primo dicunt: *Nubes eſſe ſuper cœlum aut expanſum, quia ſunt ſuper partem cœli & expanſi, quippe cujus partes ſunt ſimilares, quarum quælibet nomen & naturam retinet totius, adeo ut quælibet pars cœli expanſique, ut putant, ſit cœlum, expanſumque, ſicut quælibet pars aquæ aqua.*

Verum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Verum dato non conceſſo, quod pars quælibet cœli aut expanſi eſſet cœlum expanſumque: proprietati tamen & ſimplicitati verborum ſic non ſatisfieret: cum ſuper cœlum aut expanſum eſſe ſimplicius capiatur de toto cœlo, quam de parte duntaxat, & latius quid ſit cœlum & expanſum ſimpliciter, maxime articulo auctum, ſicut fit his locis: Pſalm. 148. aquæ quæ ſunt מעל השמים Septuaginta ὑπεράνω τῶν οὐρανῶν. Genes. cap. 1. מעל לרקיע ubi לרליע, uti notum eſt, pro להרקיע poſitum eſt. Itaque Septuaginta reddunt ἐπάνω τοῦ στερεώματος: ſtrictius autem exiſtat pars cœli aut expanſi, & ſynodochicam, adeoque tropicam locutionem hic conſtituens. Quo accedit, quod quæ Scriptura latiſſime dicit, â nobis haud ſint reſtringenda, ſed ſine exceptione & quam latisſime capienda, maxime cum nulla evidens necesſitas aliter fieri debere monſtrat: Sic etiam humanis in legibus, quod late dicitur, late capi debet, nec quisquam hoc reſtrictius interpretari ſive audet ſive debet, quando evidens ratio ſtrictam legislatoris non oſtendit fuiſſe ſententiam. Sicut in Rhetorica recte docet *Ariſtoteles*,

&ex

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

& ex recentioribus *Suaretzius* libro ſexto de legibus cap. 2. §. 4.

Præterea quamlibet partem cœli & expanſi cœlum eſſe & expanſum, haud verius eſt, quam partem quamlibet maris eſſe mare, partem quamlibet oceani eſſe oceanum, quamlibet partem Europæ eſſe Europam, Solis, Solem, Lunæ Lunam. Quæ ſingula perſpicue falſa ſunt. Sicut enim quælibet pars maris, Solis, Lunæ oceani & Europæ non eſt mare, ſol, luna oceanus, Europa: ita nec quælibet pars cœli ſive expanſi cœlum eſt & expanſum. Atque id definitio cœli docet & expanſi, quæ neutiquam cuilibet ejus parti convenit. Nam expanſum & cœlum, prout deſcribitur â Moſe eſt illud, quod in ſecundo creati mundi die factum ſedes eſt ſtellarum omnium aquasque alias ſe ſuperiores alias inferiores habet. Id quod de qualibet ejus parte dici poſſe falſum & abſurdum eſt. Unde etiam patet, partium ſimi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

larium mentionem hoc loco plane alienam eſſe.

Deinde dicunt, quod ſi non proprie tamen tropice & per figuram cœli & expanſi partem poſſe cœlum dici & expanſum, nempe per ſynecdochen, qua totius nomen ſumitur pro parte. Id quod nihilo majoris eſt efficaciæ. Nam Synechdoche eſt tropus & ad tropos in hiſtorica narratione explicanda præter juſtam cauſam non confugiendum eſt: qualis tamen juſta cauſa heic nulla data eſt. Quandoquidem propriam licet retinere acceptionem: nihilque cogit admittere Synechdochen, maxime tam levem & vilem; quæ haud ſpecioſior & auguſtior eſt, quam ſi arenula diceretur ſaxum aut mons, gleba terrarum orbis, guttaque maris Oceanus. Infima enim aëris & cœli terris citimi portio, ſupra quam feruntur nubes, ad cœlum totum ceu Aſtronomi demonſtrant, vix puncti rationem habet.

Tertio

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Tertio dicunt, *in hebræo ſermone non haberi aquam ſuperiorem eſſe* על *id eſt, ſupra expanſum ſed* מעל *quod interpretandum eſt, ut ajunt, deſuper, idque convenire quoque nubibus, quæ in aere ſunt deſuper.* Verum infirmitas hujus objectionis inde patet, quod מעל idem quoque ipſum valeat quod על ſive ſuper, ſicut c. 3. probatum eſt. Tum etiam, quod ipſimet diſſentientes in hoc ſuo *deſuper* explicando ipſimet hæreant, neque id huc accommodare poſſint. Nam ſi volunt idem eſſe, *quod de ſuperiori parte*, tanquam motus de loco ſignificaretur, illud plane nihil hic habet negotii, ubi de re quieſcente in loco agitur. Si autem volunt ſignificare idem, quod verſus ſuperiorem partem, in eo quoque comprehenſus eſt motus & quidem ad locum, qui neqûe hic, ut in re quieſcente ſedem invenire poteſt. Si denique idem quod *IN* aut *A ſuperiori parte* innui volunt: verum illud non eſt de Nubibus, quæ potius in omnium infima cœli aut ex-

 panſi

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

panſi parte ſunt , & quæ quaſi margo duntaxat expanſi eſt. Tandem etiam hi omnes intelligendi modi in loco Gen. cap. 1. deſtruuntur oppoſita voce מתחת ſive *Sub*: hæc enim nullam illarum explicationum & intellectionum tolerare poteſt. Nam ſi illa ſignificat *Sub*, utique oppoſitum מעל non poteſt ſignificare aliud quam *ſupra*. Oppoſitorum enim utrumvis alteri ſuo oppoſito directe contraponitur. Et ſi ſignificat ſupra , utique nec *de* aut *in* ſuperiori parte & multo minus *verſus* ſuperiorem partem ſignificare poteſt.

Sed audiamus rationem, qua inducti credunt מעל hic non ſignificare idem quod ſuper ſive ſupra. Ea hæcce eſt ; *Salomonem Jarchium & alios Hebræos ut peculiarem obſervationem notare in hebræo non haberi* על *ſuper ſed* מעל *deſuper*. Verum quid laboramus de auctoritate humana , cum antea ex divina cap. 3. ſatis patuerit מעל quoque ſignificare ſuper aut ſupra. Et ne hu-

manis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

manis quidem ſuffragiis, eadem autoritas divina deſtituitur, agnoſcentibus veram illam vocis eſſe ſignificationem. Vidimus enim ſupra cap. 3. & 4. doctiſſimos interpretes veteres recentioresque ita interpretatos eſſe. Quibus illic nominatis, hoc loco addi poſſunt, qui idem faciunt, *Abarbenel* comment. in Pentateuch. fol. XI. column. 1. *Saadias* ibidem columna ultima ab Abarbenele allegatus. *Gerſomides* commentarii fol. 10. column. 3. qui omnes מעל ſignificare ſuper ſive ſupra, concedunt atque confirmant.

Quid quod nullus hebræorum, quantum mihi conſtare poteſt, inveniatur, qui ſecus interpretetur. Atque ne *Aben Eſra* quidem aut *Maimonides* aut *Kimchius* qui tamen alias cum diſſentientibus faciunt, & veram de aquis ſupercœleſtibus ſententiam radicitus exſtirpatam everſamque exoptant, quicquam in particula hacce מעל contra illam videre quiverunt ſubſidii, quippe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

quod ſi vidiſſent, id nunquam reticuiſſent.

Quod vero Jarchius & alii inter על & מעל diſtinguant, id utut prima fronte huic quod dixi, adverſari videatur, attentius tamen conſideratum, longe ſecus habere deprehenditur. Quanquam enim errore hacce in parte hi Judæi non intacti ſunt: is tamen error talis eſt, ut non neget מעל ſignificare *ſuper* ſive *ſupra*, ſed confirmet potius, veramque ad ſententiam quam defendimus, non pertineat, ad oppoſitam autem pertineat quidem, ſed ita, ut eam potius evertat quam ſtatuat. Hæc enim mens eſt ipſorum: על *ſignificans ſuper ſive ſupra uſurpari, cum ſuperiora contigua ſunt inferiori, ſupra quod eſſe dicuntur:* מעל *autem itidem ſignificans ſuper ſive ſupra non uſurpari, niſi cum ſuperiora non contigua ſunt rei inferiori, ſupra quam eſſe affirmantur: ſed cum ab ea aliquantum diſtant, ita, ut inter ea & rem inferiorem intervallum &*

ſpa-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

ſpatium intercedat. Voluerunt enim intervallum eſſe inter aquas ſuperiores & cœlum ſive expanſum. Itaque in *Bereſchit Rabba* ſect. 4. legitur: quale eſt intervallum inter terram & expanſum, tale quoque intervallum eſt inter expanſum & aquas ſuperiores. Quod & *Nachmanides* in Comment. ad Genes. verſ. 6. affirmat, addens, ideo dici à veteribus hebræis, *ſuperiores aquas pendere in verbo.* Paria habentur in Germanico Judæorum ſuper Pentateuchum commentario. Atque ex Chriſtianis quoque *Fagius* hebraicarum rerum peritiſſimus, in collatione translationum ad Genes. 1. verſ. 7. eandem Judœis tribuit ſententiam. Quia autem intervallum inter aquas ſuperiores & expanſum ſive cœlum eſſe voluerunt, hinc ſimul voluerunt מעל ita ſignificare ſupra vel ſuper, ut interſignificare ſupra vel ſuper, ut intervallum una intereſſe agnoſceretur. Atque huc ſpectat, quod *Abarbenel* fol. 13. col. 3. & *Gerſomides* fol. 10. itidem columñ. 3. & Tanchuma repetunt: de ſuperio-

perioribus aquis non dici quod ſint על expanſum, ac ſi eorum gravitas fulciretur expanſo: ſed מעל quod oſtendit, ipſas ſubſiſtere per ſe ipſas, illudque ſignificari dicto, quod ait, eas pendere in verbo. Atque ſic *Jarchium* quoque ſenſiſſe, idem Abarbenel paulo poſt allatum teſtimonium de Tanchuma affirmat. Quod & Fagius in exegeſi Dictionum juxta *Mercerus* in commentario, nec non *Cartvvightus* electis in Geneſin ſuper eodem Jarchio teſtantur. Quare & hic nihil pro diſſentientibus præſidii.

Quarto objicit Paræus, *cœlum ſive* שמים *dici tanquam* שם מים, *id eſt, ibi aquæ: ideoque non neceſſe eſſe, ut aquæ ſint ſupra cœlum, ſed ſufficere, quod ſint in cœlo.* Verum ex origine vocis argumentari, viliſſimū argumentandi genus eſt: quia origo vocum plerumque incerta: ut ideo *Auguſtinus* dicat: *ut ſomninorum interpretationem, ita verborum originem, pro cujusque ingenio prædicari,*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

dicari. Atque ita incerta eſt quoque hæc, quæ datur in cœlo originis ratio, ut ideo Philologi & Hebræi alias quoque commemorent, quibusdam affirmantibus שמים ita dici ab אש & מים id eſt, igne & aqua, tanquam ex aqua & igne cœlum compoſitum eſſet: aliis dicentibus, ita vocari â verbo שמה altum eſſe, tanquam ab altitudine & celſitate ita dictum eſſet: denique nonnullis ajentibus, dici â שא porta imperativo verbi portare, & מים aquis tanquam idem valeret, quod portans aquas. Ab incertis autem argumentari eſt funiculos ex arena nectere.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

CAPUT. XII.

Refutantur Rationes, quicus inducti ſtatuerunt, Nubes ſupercœleſtes aquas eſſe.

POſtquam ipſam ſententiam, qua ſtatuitur, Nubes Aquas cæleſtes eſſe refutavi, ſupereſt nunc, ut eas quoque refellam rationes, quibus inducti ſunt id ſentientes, ut ita credant. Præcipuæ autem & dignæ conſideratu rationes duæ ſunt. *Prima hæcce eſt: Niſi Nubes aquarum ſupercœleſtium nomine intelligerentur, in tota creationis hiſtoria eæ prætermiſſæ eſſent. Non autem credibile eſſe rei tam utilis productionem â Moſe prætermiſſam eſſe.* Sed & alia dantur perquam utilia, quorum productionem particulatim Moſes prætermittit: veluti ventorum, nivis, aëris, roris, pluviæ, metallorum, & ejusmodi

modi plurium. Sive quod ea duntaxat memorare inſtituerit, quæ cauſæ ſecundæ per datas ſibi â Deo vires efficere non potuerunt, prætermittere autem quæ fieri poſſent per vires ipſis ſemel â Deo inditas in rerum aut æquivoca productione aut quacunque diſſolutione, veluti fit in corporibus vi caloris ad atomos redactis: unde nubes oriuntur, quæ ſane nihil aliud ſunt, quam *denſa atomorum multitudo.* Sive quod alia altior ejus ſubſit cauſa.

Altera ratio eſt, hymnographum Pſalmo 104. *aquas ſupercœleſtes interpretari de nubibus, quippe verſ. 3. de Deo prædicare, quod extendat cœlos ut cortinam & concameret in aquis ejus, vel ſua ſuperiora aut cœnacula, idque de nubibus dictum eſſe oſtendere deinceps, ibidem addendo, Deum nubes ſuum facere vehiculum: & verſ. 13. montes rigare de ſuperioribus aut cœnaculis ſuis.* Sed prima verba de ſuperioribus vel cœnaculis aqua tectis concameratisve adeo non

poſſunt

poſſunt ad nubes revocari certo, ut ad veras ſidereum ſupra cœlum aquas ſuo antea relata ſint loco. Neque tantum incerto ſed & falſo ut apparet ad nubes revocantur. Siquidem nubes non ſunt aquæ; neque aliud concluditur ex iis quæ addita ſunt de memoratis de hinc proxime nubibus tanquam Dei vehiculo curruque. Mera enim nominatio non ſtatim efficit, ut illud ipſum ſint quod præcedit: cum infinitis locis & ſcripturæ ſacræ & aliorum librorum rebus quibusdam commemoratis proxime ſubjiciantur, quæ diverſiſſimæ ſunt ab illis. Quod autem ad verba verſ. 13. ſpectat *de montibus irrigatis* ex Dei ſuperioribus aut cœnaculis non conſtat, quæ priore loco memorantur cœnacula aut ſuperiora eſſe ſtatim illa ipſa, quæ hac poſteriore memorantur ſede. Siquidem idem nomen diverſis rebus eſſe poteſt. Et in ipſo quoque nomine quædam hic intercedit diverſitas: priora enim in fonte hebræo ita exprimuntur, ut poſſint

quo-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

quoque verti ſuperiora ſive cœnacula cœli: cum poſteriora ita repræſententur, ut ſonent ſuperiora ſive cœnacula Dei: adeoque latius pateant quam illa priora. Cœnacula enim Dei ſunt genus aut totum; cœnacula autem cœli pars aut ſpecies. Et licet Dei ſuperiora vel cœnacula complectantur quoque cœnacula cœli, quemadmodum genus ſpeciem, totum partem: tamen effectus qui adſcribitur cœnaculis Dei nempe rigare montes, non neceſſario ſtatui debet provenire ex cœnaculis aut ſuperioribus cœli. Quandoquidem â genere vel toto ad certam ſpeciem aut partem non ducere liceat conſequentiam. Atque irrigatio illa provenire poteſt ex alia parte aut ſpecie cœnaculorum Dei, nempe inferiore & terris citima: Sic ut eadem Dei cœnacula ab alia parte aut ſpecie aquis ſint concamerata, ab alia autem irrigent montes. Si quæ aliæ rationes pro nubibus adducuntur, eæ potius pertinent ad aquas nubium, proindeque

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

que expendentur cum illuc perventum fuerit.

CAPUT. XIII.

Refutantur Sententiæ, quæ aquas ſuperiores de veris quidem aquis intelligunt, ſed non ſuper cœlum ſitis.

HActenus, falſæ illæ ſententiæ, quæ aquas ſupercœleſtes de eo interpretantur, quod verè & proprie dicta aqua non eſt, â quibus nunc ad illa tranſeo, quæ eas de aqua quidem explicant, ſed non ſupra cœlum ſita. Sunt autem iſtarum tres, ex quibus *una* aquas Lunæ, *altera*, nubium, *tertia* telluris aquarum ſupercœleſtium nomine intelligit. Primæ & ſecundæ communis hypotheſis & fundamentum eſt, nomine cœli & expanſi ſupra quod ſcriptura has ſupercœleſtes aquas ſitas eſſe dicit, intelligi aerem. Quam falſum autem hoc eſt, vel inde

patet,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

patet, quod cœlum & expanſum illud ipſum ſidereum cœlum ſit: Itaque cum commune fundamentum duarum harunce ſententiarum falſum ſit, ipſas quoque neceſſum eſt falſas eſſe.

Sed ipſarum particularia quoque ut luſtrarem, *prima* ſententia ſimul principii loco ponit, veras in luna eſſe aquas, easque indigitari â Moſe & Pſalmographo, dicentibus aquas ſupra cœlum eſſe aut expanſum. Verum an ullæ in Luna ſint aquæ, quis nobis certo confirmabit, cum id neque Deus dixerit, neque ullus homo eas viderit? Merâ itaque conjecturâ diſſentientes hic niti ipſosmet fateri oportet. Conjecturis autem probari nihil poteſt. Si etiam certum maxime exiſteret, eſſe in Luna aquas, hæ tamen ſupercœleſtes aquæ non eſſe poſſunt, ſiquidem non ſupra cœlum ſunt, ſed potius intra aut infra illud. Luna enim omnium aſtrorum ima terrisque citima, in infima cœli vagatur regione.

Quod ad *ſecundam* ſententiam attinet, *quæ aquas aëras in nubibus ſive quæ in aëris nubibus exiſtunt, ſupercœleſtes has*

eſſe

eſſe credit : in eo, quidem veritatem ſibi habet faventem, quod veras quoque in nubibus exiſtimet dari aquas, quod ipſa experientia quoque confirmat in pluvia, quæ aquam ex aere & nubibus in terram demittit. Quod certe facere haud poſſet, ſi nullæ in nubibus & aere aquæ eſſent. Dare enim iſtas aer & nubes non poſſent, ſi easdem non haberent. Sacra quoque Scriptura id ipſum comprobat, cum Job. cap. 26. dicit, Deum ligare aquas in nubibus ſuis. In illo tamen eadem ſententia â veritate diſcedit, quod has aquas nubium ſupercœleſtes eſſe credit. Non enim ſupra cœlum aut expanſum ſunt, cum uti antea oſtenſum eſt, nihil ſupra id ipſum eſſe poſſit, niſi quod ſimul eſt extra id ipſum. Cum autem ſupra cœlum non ſint, utique ſupercœleſtes eſſe non posſunt. Nihiloſecius tamen diſſentientes contrarium argumentis perſuadere volunt, quorum

primum argumentum eſt:

Moſen non niſi duplices narrare aquas, inferas & ſuperas. Illas autem omnium con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

conſenſu terreſtres eſſe in mari & ſimilibus locis, has autem reliquas eſſe in nubibus. Sed quid ſi aquæ nubium nec dum erant die hexaemeri ſecundo, quo aqua primigenia interjecto expanſo in ſuperiorem & inferiorem aquam ſeparata, eſt atque diviſa; maxime cum Moſes mundo jam perfecto & abſoluto, adeoque non modo poſt ſecundum ſed etiam poſt ſextum creationis diem, ceu Gen. 2. eſt,„nec dum pluiſſe dicat, ſed vaporem modo de terra aſcendentem, omnem humi ſuperficiem rigaſſe. Nondum inquam pluiſſe, quod tamen fieri debuiſſet, ſi jam tum aqua in nubibus eſſet. Nam ubi aqua eſt in nubibus, diuturna ibi non eſt, ſed quamprimum pluendo in terram decidit.

Prætereæ aquæ ſuperæ & inferæ, quas meminit Moſes, ſunt, quæ per viam creationis ita locatæ & conſtitutæ ſunt. Aquæ autem nubium per viam creationis in ſublime non elevantur, ſed per viam generationis & vires naturis ab initio concreatas: quarum beneficio ſolaris ignis in objectum ſibi humidum non poteſt non ita operari, ut vapores excitet

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

citet atque nubes, quæ in ſublime venientes frigidum, non poſſunt non colligi, in eamque unde factæ ſunt evadere aquam; ut itaque jamdudum abſoluta creatione in aërem nubes eleventur & vapores, ibique recollecti rurſus conſtituant aquam, ſicut quotidiana oſtendit experientia. Denique aquæ ſuperæ & inferæ, quas meminit Moſes, repræſentantur ab eo ut integrantes mundi partes, ad quas nubium aquæ non pertinent, ceu quæ modo ſunt, modo non ſunt.

Alterum Argumentum eſt:

Aquas ſupercœleſtes illas eſſe, quæ in diluvio de cœlo decidentes depluentesque terram operuerunt, quia Moſes illis cadere incipientibus, dicit apertas, cœli eſſe feneſtras, & incepiſſe pluere. Easdem autem aquas cum pluiſſe dicantur, non alias fuiſſe quam aquas Nubium. Sed ſi ſolas aquas cœleſtes velint effeciſſe diluvium hocce, id perſpicue falſum eſt: cum Moſes cauſas efficientes diluvium enarraturus, diſerte dicat, fontes etiam

abyſſi magnæ erupiſſe. Abyſſus enim magna eſt aqua maris & ſubterranea, quæ in magnis diluviis ſuevit ſolito altius aſcendere & inundare terram. Si vero non aliud volunt, quam aquas cœleſtes junctas mari & abyſſo diluvium hocce creaſſe, verum id quidem eſt, non tamen diſcentium juvat cauſam, undecunque cœleſtis illa venerit aqua. Nam ſi vere aqua de loco ſuo ſupra cœlum deſcendit in diluvio, utique erat illic. Et qua via illinc venerat, facile deinceps exhalando aſcendere rurſus poterat. Sin autem ex loco ſupercœleſti non deſcendit, ſed ex nubibus tantum aeris per extraordinariam Dei actionem præter ſolitum aqua ex mari elevata abundantibus; non tamen inde conſequitur, eſſe easdem ſuperiores aquas, quas ſuper expanſum & cœlum Moſes & hymnographus ſitas eſſe oſtendunt. Deficit enim idonea quæ id comprobet ratio. Nulla enim eſt, quæ aſſignatur de apertis cœli feneſtris. Nam cœli feneſtræ poſſunt eſſe, etiamſi non ſint in loco ſupercœleſti, & quod deſcendit cœlo aperto, non deſcendit protinus de ſuperiori parte cœli, nedum de ea ſede,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

quæ eſt ſupra ſuperiorem partem ejus adeoque ſupra & extra cœlum. Et in infima ſui parte apertum cœlum, etiam vere eſt apertum.

Ultima Sententia.

Illorum eſt, qui terreſtrem aquam nomine ſupercœleſtis intelligi ajunt : *& nomine expanſi terram quam Deus Eſai.* 42. 5. *c.* 4. v. 24. Pſ. 136. v. 6. *legitur expandiſſe* : itaque quocunque loco terrarum quis verſatur, ſuperiorem aquam ei eſſe quæ eſt in ea telluris & maris parte quam calcat: inferiorem autem, quæ in oppoſito penes antipodes hemiſphærio eſt, terramque inter utramque harum aquarum interjectam eſſe expanſum. Ad eam portentoſam ſententiam accedit Judæus *Emanuel Portus.* Falſam autem hanc eſſe ſententiam liquet *primo* inde, quod maxima aqua in quocunque terræ hemiſphærio, vere loquendo magis neque ſuperior

perior neque inferior ſit quam oppoſiti hemiſphærii aqua.

Deinde quod expanſum ſupra quod Moſes aquam prædicat ſitam, cœlum ſit & quidem proprie dictum, cuique Deus ipſe cœli nomen impoſuit. Terra autem nullo modo ſit cœlum proprie dictum. Denique illud etiam efficaciter deſtruit hanc opinionem: quod ex verbis Moſis clarisſimum ſit, ſeparationem aquarum per interjectam terram longe diverſiſſimam eſſe â ſeparatione facta per expanſum: quippe poſtea primum factam die tertio: cum ſeparatio per expanſum facta ſit die ſecundo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

CAPUT. XIV.

In quo acceſſu ad ea argumenta facto, quæ quid ſint aquæ ſupercœleſtes non equidem definiunt, ſed exiſtentiam tantummodo earundem negant, quorum primum genus argumentorum evertitur.

CONfutationem falſarum ſententiarum quæ aliquid de ſupercœleſtibus aquis affirmant, excipit nunc refutatio illorum argumentorum contra cœleſtes haſce aquas, quæ nihil affirmant, ſed tantummodo negant. Talia autem argumenta triplicis ſunt generis: Primum genus ſimpliciter negat, aquam ſupra cœlum exiſtere. Secundum negat ibi poſſe exiſtere. Tertium & ultimum negat Moſen quicquam de iis Genes. c. 1. tradere.

Quod

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Quod ad *primum genus* attinet, duo ejus mihi occurrere argumenta. *Primum eſt, non poſſe oſtendi ullum aquarum iſtarum uſum. Si itaque exiſterent, fruſtra eſſent. Deum autem nihil fiacere fruſtra. Cum itaque earum non aſſignari poſſit uſus, non cogitandum eſt, eas vere exiſtere.* Sed fatendum quidem eſt, præter generalem earum uſum, nempe laudare Deum, qui eis Pſalmo 148. adſcribitur, nihil particulatim de earum ſpeciali cognitum eſſe nobis. De quo propterea pulchre quidam. *Rogas cui fini aquæ hæ ſerviant. Sed quid me rogas? roga illum, qui eas illic eſſe voluit. Equidem conſiliarius ejus non fui, neque novi ſenſum Domini. Scit, qui eas ibi poſuit.*

Sed id nullum veræ ſententiæ creat incommodum. Multa enim & eſſe poſſunt & revera ſunt, quæ nos latent. Particulatim uſus & fines rerum incogniti eſſe poſſunt, etiamſi res nihilominus exiſtant. Saturnum eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

anſatum aut annulatum conſtat, quo fine & uſu non conſtat. Sic eundem juxta ac Jovem ſuos habere ſatellites, item viam lacteam diſtinctam eſſe perplurimis ſtellis, notiſſima, ſed uſus eorum ignotiſſimi ſunt. Infinitæ quoque aliæ ſunt ſtellæ & omnium ſenſibus obviæ, quarum tamen ſpecialis uſus & finis ignoratur. Et quid dico de ſtellis? cum perplurima quoque in terra eſſe certo cernantur, & quo tamen valeant, quemque ſpecialem uſum habeant, omnes ignoramus. Quin nec omnium, quæ â ſimilibus noſtri mortalibus recte conſtituta ſunt, ratio & cauſa â nobis reddi ſemper poteſt: ut ideo jus civile in Pandectis libr. 1. tit. 3 lege 20. & 21. ne quidem omnium quæ â majoribus conſtituta ſunt rationem reddi poſſe: ideoque rationes eorum quæ conſtituuntur inquiri non debere: alioquin multa ex his quæ certa ſunt, ſubverſum iri. Si autem ab hominibus non ſemper reddi poteſt ratio factorum: quanto magis

gis ab ipſomet Deo immediate conſtitutorum reddi non ſemper poteſt ratio.

Merito igitur *Ariſtoteles* primo Ethicorum Nicomach cap. 7. non in omnibus requirendam eſſe cauſam, ſatisque eſſe in quibusdam oſtendere duntaxat, quod ſint. Atque *Florus* apud Plutarchum lib. 3. convivalium: *Pleraque ſunt*, inquit, *quorum cum veritas certa ſit, cauſæ tamen nos latent.* Et *Origenes* lib. 2. de Principiis cap. 9. *ſpecialem ſingulorum rationem & quærere imperitiæ eſt, & reddere velle dementiæ.* Atque *Euſebius* de Præparatione Evangel. lib. 6. cap. 9. talia ἀναιτιολόγητα ait olim vocata eſſe hoc eſt, quorum dari nequeunt cauſæ.

Alterum argumentum eſt: *Locum aquæ ſupra cœlum ſidereum non eſſe naturalem. Credi autem non debere, Deum præter naturam aquæ eam collocaſſe ſupra cœlum.* Verum is eſt naturalis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

aquæ locus, in quo Deus eam in creatione collocavit, ut ibi eſſet. Itaque *Auguſtinus* Lib. 26. contra Fauſt. cap. 3. *cuique rei eſt naturale quod ille fecerit, â quo omnis naturæ modus numerus & ordo.* Et de civitate Dei libro 21. cap. 8. *non eſſe contra naturam, quod Dei ſit voluntate, ejus voluntatem cujusque rei eſſe naturam.* Atque *Bonaventura* lib. 2. diſtinct. 14. art. 1. *illud cuique rei eſſe naturale, quod creator ei in prima indidit creatione.* Si itaque Deus in creatione ita locavit certum genus aquæ, ut ſupra cœlum exiſteret, utique ejus aquæ naturalis locus ſupra cœlum eſt.

CAP.

CAPUT. XV.

Alterum genus argumentorum refellitur.

HAbuimus argumenta, quæ ſimpliciter negant aquam eſſe ſupra cœlum, ſequuntur nunc, quæ nec poſſe ibi eſſe aut durare contendunt.

Primum Argumentum ſit:

Cœlum eſt Sphæricum: aquæ autem ſupra ſphæram manere non poſſunt. Sed qui noverat illic locare, noverat etiam ibi conſervare. Pulchre Beda in hexaëmero. *Qui infra cœlum ligat aquas ad tempus cum vult*, (in nubibus ſuis) *ut non pariter decidant, nullo firmioris ſubſtantiæ crepidine ſuſtentatas vaporibus ſolummodo nubium retentas, ipſe etiam potuit aquas ſupra rotundam cœli ſphæram ne unquam delabantur, ſuſpendere.* Et addit majus id non eſſe miraculum, quam quod ipſam terræ molem, ut Scri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Scriptura dicit, ſuſpendat in nihilo. Præterea extimam cœli partem ubique usque quaque rotundam eſſe, opinio non ſcientia eſt. Nullus enim ibi fuit, qui uſque quaque rotundam eſſe vidit.

Secundum hujus generis argumentum eſt:

Ideo aquam ſupra cœlum durare & manere non poſſe, quod cum Sphæra extima moveatur, neceſſe foret, aquam ſupra illam unâ moveri adeoque diſſipari. Verum ad eſſentiam motæ aquæ circa ſphæram non pertinet, ut omnino diſſipetur: ut ideo in bullis quoque, quas pueri ex aqua excitant aliquamdiu non diſſipata circumgyretur. Et extra cœlum diſſipatio fieri non poteſt: quoniam ſi fieret, fieri deberet per motum aquæ reſilientis â Sphæra ſurſum verſus & quidem in vacuo: cum extra haſce aquas nullum

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

nulllum cognitum ſit nobis corpus: motum autem fieri in vacuo impoſſibile ſit, ſicut omnes fatentur.

Ultimum argumentum eſt:

Aquas eſſe corruptibiles, diu itaque ſupra cœlum ſalvas eſſe non poſſe. Sed etiam aquæ terreſtres ſunt corruptibiles, & tamen â primordio mundi usque adhuc permanſere. Si hæ ſine corruptione conſervari poſſunt, cur non etiam iſtæ? Qui elevare eas illuc ſcivit, ſcivit quoque eas illic ſine putredine & corruptione conſervare.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

CAPUT. XVI.

Ultimum genus argumentorum reſolvitur, & ſcripto huic finis imponitur.

QUod ad ultimum genus argumentorum attinet, quodque negat Moſen Geneſeos capite primo quicquam de supercœleſtibus agere aquis, id enervare conatur præcipuum veræ ſententiæ principium fundamentumque, ſimulque cum eo eandem totam.

Primum ex illis ſit:

Moſen de viſibilibus duntaxat agere. Aquas autem ſupercœleſtes, ſi quæ eſſent, non eſſe viſibiles. Itaque Moſen de iis nihil agere. Sed ſi per viſibilia intelliguntur quæ videri quocunque modo poſſunt â corporeo oculo, certum eſt ita viſibiles eſſe aquas ſupercœleſtes non

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

non minus quam terreſtres : ſic ut videri non minus ab homine poſſint cum ad eas veniret, atque terreſtres ab eo cernuntur & videntur cum advenit ad illas. Sin autem viſibilium nomine ea duntaxat intelligantur, ad quæ mortalis homo accedere, eaque acceſſa coram oculis videre poteſt, deeſt ratio, quæ evincat, Moſen de ſolis ejusmodi agere viſibilibus. Et cum ea ratio deſit, precaria eſt tota hæc præpoſitio, cui tamen innititur argumentum : & ſicuti ea precaria eſt, ita & ratiocinationem totam, quæ in ea fulcitur, neceſſum eſt eſſe precariam, atque nullius efficaciæ. Quin & adeſt ratio, contrarium evincens nempe Noſen non agere de ſolis rebus ita viſibilibus. Ea autem ratio hæc eſt, quod agat quoque de tota terra adeoque de omnibus ejns partibus : quarum tamen quædam adeo hominum inacceſſæ ſunt oculis, ut nullius viventis pateant ortibus, ſic ut Jobus cap. 28. dicat, *exiſtere quas nec avis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

avis ulla novit, aut vulturis ullius oculus vidit. Agit quoque de abyſſo tota, adeoque de inferioribus ejus quoque partibus, quas tamen impoſſibile eſt in viventis mortalis conſpectum venire. Agit quoque de ratione & conſtitutione corporum ante lucem, cum terra etat inanis & vacua marique commixta, & tenebræ ſuper abyſſum: item de cœlo adhuc rudi & nullis exornato ſtellis, tum & de ſeparatione aquæ â terra, de creatione ſtellarum, de productione herbarum, piſcium, ſerpentum & quadrupedum, & denique de formatione corporis humani ex gleba: quorum nulla ullus hominum videre quivit, quandoquidem nulli viventes homines adhuc erant: eorumque primus animam viventem, quâ oculorum officio fungi ad quid videndum poterat, non niſi poſt hæc omnia facta accepit: conditamque ante Lucem ſeparationemque aquæ à terra ne vivere quidem quivit, ne dum oculis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

lis quid tueri. Denique agit etiam de anima humanâ, quæ mere inviſibilis eſt, & quocunque conſideretur aut accedatur modo, oculis corporeis patere & conſpici nunquam poteſt.

Secundum hujus generis argumentum eſt:

Si Moſes voluiſſet docere, aquas ſupra cœlum eſſe ſublatas, ſequeretur, quod ſimul voluiſſet indicare primigeniam lucem eâ aquarum elatione fuiſſe extinctam: quandoquidem neceſſum fuiſſet, aquam ut collocaretur ſupra cœlum, penetrare per eam lucem. Sed non voluit Lucem ea elatione extingui. Nam illam ſublatis ſupra expanſum aquis adhuc

fuiſſe oſtendit luminariaque illinc condita. Ergo non voluit indicare aquam ſupra cœlum eſſe èlatam. Sed multi cogitari poſſunt modi, quibus aqua aſcendere quiverit ita, ut lucem primigeniam non extinxerit. *Primus* eſt aquæ rarefactio. Nam rarefacta aqua in vapores per loca ubi lux ſita eſt tranſire ita poteſt, ut lucem non extinguat; ſicut patet in balnei aut cerevifiariæ tabernæ vel cellæ, ubi cereviſia coquitur vaporibus, lucem illatam non extinguentibus. *Alter* eſt lucis & ignis temperatio cum ejusmodi rebus, quæ per aquam non enixtguuntur. Id quod fieri poſſe docent fontes ignivomi, item calx viva, ignis græcus, & alia ſimilia in aqua ardentes. *Tertius* eſt, ut diverſo loco ſita lux fuerit, diverſo aqua ad ſuperiorem locum aſcenderit, ubi aſcenden-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

tem aquam non neceſſario extinguere lucem certum eſt : idque docet quoque in alembico liquor aqueus aſcendens, qui lucem ignemque extra alembicum ſitum non extinguit. Quæ & ejusmodi alia manifeſto oſtendunt, aquam illæſa luce ſupra cœlum tolli quiviſſe.

Ultimum argumentum ſit:

Si Moſes dicendo, Deum expanſo diviſiſſe aquas, ut aliæ ſupra aliæ infra idem collocarentur voluiſſet ſignificare, aquas ſupra cœlum eſſe elevatas: utique diviſionem inter ea dicere voluiſſet factam, quæ nullam inter ſe habent proportionem. Nam inferiores aquæ immo totus terrarum globus ad aquam ſupercœleſtem comparatus vix unius puncti rationem obtineret. Sed Moſes non voluit ſignificare di-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

re diviſionem factam tam inæquali aut nulla proportione : quia diſtinctio & diviſio non fit niſi per ea, quæ magnitudine ſibi reſpondent. Ergo Moſes non voluit dicere aquas ſupra expanſum elatas eſſe. Ita diſſentientes. Sed primo falſum eſt, diviſionem non fieri niſi in illis, quæ quoad magnitudinem ſibi reſpondent. Nam ad eſſentiam diviſionis perinde eſt, qua magnitudine & proportione ſibi invicem reſpondeant diviſa. Itaque æque vera unica arenula ſeparari & dividi â toto orbe poteſt, atque ipſa dimidiata orbis portio â reliqua. Et in ipſa quoque Scriptura terra â cœlo Pſalmo 115. legitur diviſa atque diſtincta velut in verbis : cœlum eſt Domino, terram autem dedit filiis hominum : & pariter in aliis Scripturæ locis cœlo terram contradiſtinguentibus,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

tibus , etiamſi ad cœlum tellus vix puncti poſſideat rationem. Geneſeos quoque primo Lux â tenebris dicitur diſtincta atque diviſa , etiamſi infinitis partibus plura occupet loca quam tenebræ. Præterea adeo magnam eſſe ſuperioris aquæ copiam, non adeo certum eſt. Licet enim aliqui veterum eò propendiſſe videatur , dum aquæ primigeniæ nondum diviſæ immenſam quaſi ſtatuunt molem : veluti Baſilius in Hexaëmero & *Procopius* in Octateucho dicentes aquæ primitivæ nec dum ſeparatæ infinitam fuiſſe vim & inundationem : & *Judæi* in Talmude Hieroſolymitano parte ultima fol. 77. affirmantes , mundum tunc fuiſſe aquam in aqua , id eſt , maxima ex parte aquam , vel nihil fere aliud

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

quam aquam. Nihil tamen argumenti adeſt, unde probare licet, ita copioſum fuiſſe, ut poſt diviſionem exigua aut nulla inferioris ad ſuperiorem proportio eſſet. Nam quod nonnulli ſedem & locum extra cœlum in argumentum rapiunt, tanquam ipſorum opinione certum & tutum, nihil minus eſt. Aqua enim ſupra cœlum vere eſt, ſi tantum eſt extra illud. Extra autem poteſt eſſe, etiamſi non amplior ſit extra quam infra, quia ut ſit extra aut ſupra cœlum, perinde eſt, qua copia aut mole ſit extra aut ſupra id ipſum; neque neceſſum eſt, ut ab omnibus partibus cingat cœlum, ſed ut in ſuperiore ejus ſuperficie alicubi tantum ſedem habat. Quare & hoc con-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

contrarium argumentum ſicuti cœtera priora nullius eſt efficaciæ: manetque inconcuſſum, *veram ſupra ſidereum cœlum eſſe aquam.* Quod mihi pro ingenii modulo, uti factum quoque eſſe confido, unice nunc oſtendendum erat.

Finio verbis non inelegantibus *Hurtardi de Mendoza* in opere ſex dierum, diſputatione tertia: *Deus potuit ibi aquas conſtituere, an vero ita fecerit, pendet ex ejusdem ſola voluntate, quam ex teſtimonio debemus inveſtigare. Et ſi Deus feciſſet & voluiſſet atteſtari, quo ſermone ſincerius & clarius potuiſſet? nec non Auguſtini libro ſecundo de Geneſi ad Lit. cap. 5.*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

quoquomodo & qualeslibet aquæ ibi ſint, eſſe eas ibi minime dubitemus. Major quippe autoritas Scripturæ eſt, quam omnis ingenii capacitas.

FINIS.

INDEX.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

INDEX
ſingulorum capitum hujus ſcripti.

Cap. 1. Continetur Partitio Scripti, ſtatus Controverſiæ, & varietas Sententiarum.

Cap. 2. ContinenturLemmata quædam generalia præſenti materiæ applicata.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Cap. 3. Examen dicti Genes. cap. 1. v. 6, 7. & 8. juxta meram vocum interpretationem atque acceptionem.

Cap. 4. Argumenta pro ſententia vera ſive Affirmante.

Cap. 5. Humana Suffragia pro Sententia vera.

Cap. 6. Refutantur, qui dicunt aquas ſupercœleſtes aliud quam veram aquam eſſe.

Cap. 7. Examinatur eorum ſententia, qui aquas ſupercœleſtes Angelos eſſe dicunt

Cap. 8. Sententia Levi Gerſomidæ conſideratur, & refellitur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Cap. 9. Eorum ſententia refutatur, qui aquas ſuperiores orbium cœleſtium partem eſſe dicunt.

Cap. 10. Refelluntur qui aquas ſupercœleſtes aërem eſſe dicunt.

Cap. 11. Refutantur qui aquas ſupercœleſtes Nubes eſſe dicunt.

Cap. 12. Refutantur rationes quibus inducti ſtatuerunt Nubes eſſe ſupercœleſtes aquas.

Cap. 13. Refutantur ſententiæ, quæ aquas ſuperiores de veris quidem intelligunt aquis, ſed non ſupra cœlum ſitis.

Cap. 14. Primum genus argumentorum evertitur, quæ exiſtentiam aquarum ſupercœleſtium negant.

Cap. 15. Alterum genus evertitur.

Cap. 16. Tertium Genus evertitur.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 01809 Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
1,-66 8° 1809